ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

CRONICA ORDINIS PRAEDICATORUM

VISUM ET APPROBATUM

Romae, die S. Dominici 1897.

Dr P. Fr. Maurus Kaiser, ord. praed.

s. theol. lect.

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

MONUMENTA ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM HISTORICA II. 1.

FRATRIS GALUAGNI DE LA FLAMMA

CRONICA

ORDINIS PRAEDICATORUM

AB ANNO 1170. USQUE AD 1333.

RECENSUIT

FR. BENEDICTUS MARIA REICHERT

EIUSDEM ORDINIS

VOL. II. FASC. I.

ROMAE
IN DOMO GENERALITIA
« 10, via dicta San Sebastiano, 10 »

STUTTGARDIAE
APUD JOS. ROTH, BIBLIOPOLAM
« 33, via dicta Kanzleistrasse, 33 »

1897

LOVANII

TYPIS E. CHARPENTIER & J. SCHOONJANS

6, Via dicta « de Bruxelles, » 6

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

REVERENDISSIMO PATRI

FR. ANDREAE FRÜHWIRTH

MAGISTRO GENERALI FRATRUM PRAEDICATORUM

OBTULIT

EDITOR.

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

PROLEGOMENA.

I. DE VITA AUCTORIS. — Chronica ordinis fratrum Praedicatorum, quam his paginis primum publici iuris facimus, debetur fratri Galuagno de la Flamma. Qui natus est Mediolani exeunte anno 1283 (1) ex illustri familia de la Flamma, quae tunc temporis, Galuagno ipso teste, inter mercatores illius civitatis excellebat (2).

Quindecim annos natus (3) nomen dedit religioni fratrum Praedicatorum in conventu s. Eustorgii, urbis patriae, ubi more ordinis et de religiosis disciplinis et de philosophicis theologicisque instructus est. Cursu studiorum rite ibidem expleto iussus est rem theologicam simul et philosophicam profiteri in conventu sui ordinis Papiensi ; qua in urbe vel iis, qui operam dabant medicinae, « extraordinarie » commentis illustrabat Aristotelis Physicam (4). Vehementer vero errant Picinelli (5), Cantù (6), Ceruti (7), alii,

---

(1) Ipse « et infine » inquit in nostra chronica p. 102, « 1283 ego natus fui ». — (2) « *Glosa.* Queritur, quare cives de Mediolano antiquitus omnes tenerent magnos destrarios, et modo non, dicendum est quod tunc temporis non erat ornatus mulierum, viri erant communiter vestiti de bisello sive de pannis factis de lana nostrana, non erat tantus apparatus ciborum, non totae eorum expensae erant circa equos et armaturas et circa continua bella nunc divitiae unius hominis sunt in vestibus uxorum ; et circa proprium corpus ; ideo expensas equorum sustinere non possunt, qui totum expendunt in vestibus ultramontanis ; et primi mercatores, qui transiverunt montes, fuerunt unus ex illis de la Blava et alter de la Flamma ». *Galvagnana* ms. Braidense A E, X, 10, a c. 102, rubr. 320. Cit. apud Ferrai, *Le Cronache di Galvano Fiamma et le fonti della Galvagnana*, in *Bulletino dell' Istituto Storico Italiano n. 10. Roma 1891*, p. 95. Quam dissertationem ut doctrina et profunditate omnium longe praecipuam non possum quin iterum atque iterum laudem. — (3) « Eodem anno (scl. 1298) ego frater Galuagnus de la Flamma huius cronice compilator intravi ordinem die XXVII. aprilis » ; unde minus recte cl. Ferrai lc. p 97 : « Appena diciottenne entrava nell' ordine dei frati predicatori di S. Eustorgio... ». — (4) « Quare frater Galvaneus fuit motus ad scribendum hanc chronicam.... Ex his talis verbis garrulosis et iacturis mendacibus Cremonensium et Papiensium se iactantium de carrochiis nostris, ego frater Galvaneus de la Flamma, tunc temporis in civitate Papiensi existens sacrae theologiae lector in conventu fratrum praedicatorum, cum saepe a civibus de Papia multas invectivas sustinuissem, praecipue a medicis discipulis meis, quibus extraordinarie legebam librum Physicorum, inanimatus pro zelo civitatis meae, quam audiebam sic vituperari, ad studium librorum et chronicarum me transtuli. » Ferrai lc. p. 103. — (5) cf. Ferrai lc. p. 96. — (6) *Archivio storico Italiano*, Ser. III. Tom. XIV, p. 119. — (7) *Miscellanea di storia italiana*. Torino. 1869, VII, p. 401.

qui dicunt nostrum Galuagnum scholam habuisse theologiae, iuris canonici medicinaeque in universitate adhuc iuvenem; quorum errorem docte refutavit cl. Ferrai (1).

Dum fungebatur lectoratus officio Papiae, « ad studium librorum et chronicarum » se convertisse narrat (2).

Cum deinde ceteris disciplinis iam traditis in conventu Praedicatorum Mediolani addendae essent praelectiones moralis philosophiae, primum Galuagnum, in patriam urbem reducem, iuvenibus libros Aristotelis, qui inscribuntur de Ethica, Politica, Oeconomica, Rhetorica, de Sphaera explanasse Ambrosius Taegius memoriae prodit (3).

An vero alibi alia praeclare gesserit, monumenta silent. Eius tamen de regulari ordinis sui observantia defendenda et de conscribendis rebus in patria gestis merita non sunt dubia, quippe qui tum apud fratres tum apud cives maxima fuerit gratia. Praesertim vero familiae Vicecomitum gaudebet amicitia; cui iam puer erat addictissimus, ita ut ultimis vitae suae annis archiepiscopus Iohannes Vicecomes capellani sui honore eum augeret (4).

Quando denique mortem oppetierit, non una est auctorum sententia, dum alii annum 1340. praeferunt, alii 1341. aut unum

---

(1) « Il fatto è che in Pavia il Fiamma fu chiamato a leggere teologia nel convento dei Domenicani, e che in via straordinaria commentò la *Fisica* di Aristotile ai giovani che frequentavano le scuole di medicina già fin d'allora aperte in quella città Su questa semplice testimonianza si è fabbricata la favola dell' aver egli professato persino la medecina in una università, che non era ancora fondata. Del resto una semplice occhiata ai titoli dei molteplici scritti, che gli appartengono, basta per fare escludere, che i suoi studî sieno usciti dall' ambito della teologia, della filosofia morale et della storia monastica e communale di Milano. » Ferrai lc. p. 97. — (2) cf. p. I. not. 4. — (3) « Quum igitur hoc Anno [scil. 1315.] studium Philosophiae Moralis in ordine sit introductum, primus qui legit in conventu Mediolani, fuit frater Galvaneus de la Flamma Mediolanensis, qui legit Ethicam, Politicam, Oeconomicam, et Rhetoricam Aristotelis, et Tractatum de Sphaera. Hic fuit persona honorabilis, et bonae famae in civitate Mediolani, apud Magnates, et Principes pergratus. Per eius operam conventus Mediolani haud parvum suscepit incrementum. Quam plura edidit opuscula videlicet Chronicam ordinis ab ipsius principio usque ad Annum Domini 1343. » Apud Muratori Rer. It, Script. XI, p. 553. — (4) « Ultimo scriptor huius Chronicae Venerabilis Domini Iohannis Archiepiscopi Capellanus et Scriba, recommendat ipsi Domino Archiepiscopo Ordinem Praedicatorum et se ipsum, unde versus :

Cantica dant Fratres, et vocibus aethera pulsant,
Ordo grandis bycolor, Capellae Chronicus almae;
Dive carus erit, superis hic sedulus offert,
Ut Pater his aderis, jugique fovebis amore. Amen. »

Muratori lc. XII, p. 1050.

ex insequentibus, ut cl. Ferrai. Annus 1340. aliis aut etiam anni insequentes placent (1).

Chronica ipsa, cum in nostro codice manuscripto nonnisi se extendat ad annum 1333, non vero ad annum 1343, ut refert Ferrai (2), non est testimonio quod auctor usque ad 1343 supervixerit.

Ex iis, quae hucusque tractavimus, suppleas, quaeso, et corrigas, si quae a cl. Quetif et Echard minus accurate disputata invenias de vita Galuagni (3).

II. DE SCRIPTIS GALUAGNI. — Quibus rationibus ad res gestas conscribendas motus fuerit, auctor ipse exposuit (4). Praeter chronicam, quam hic edituri sumus, Galuagnus hos libros posteris reliquit :

Chronica Galvagnana seu *Chronica de antiquitatibus civitatis Mediolanensis* adhuc inedita.

Chronicon extravagans de antiquitatibus Mediolani ; ed. Anton. Ceruti in *Miscellanea di storia Italiana* VII, 1869, p. 445-505.

Chronicon maius ; magna ex parte ed. Ceruti lc. p. 506-784.

Manipulus florum seu Historia Mediolanensis ab origine urbis ad a. circiter 1336, sub titulo *Chronica Mediolani* ed. Muratori, in *Rerum Italicarum Scriptores,* XI, p. 537-740 ; cf. lc. XII, p. 993.

Opusculum de rebus gestis ab Azone Luchino et Iohanne Vicecomitibus ab a. 1328-1342, apud Muratori lc. XII, p. 997-1050.

Politia novella ; vide excerpta nonnulla apud Ceruti loco supra citato.

Catalogum istum retulimus ex Augusto Potthast (5), quem etiam de caeteris scriptis ad Galuagnum spectantibus consulere velis.

Ut iam ad ipsam chronicam ordinis Praedicatorum redeat sermo, quo tempore eam scribere ceperit, dici nequit ; quod autem non absolverit ante annum 1333. certum est, cum chronica ad illum ipsum annum producatur. Mediolani eum scripsisse minu-

---

(1) *Le chronache di Galvano Fiamma* lc. p. 99. — (2) lc. p. 99, 108. — (3) *Scriptores Ordinis Praedicatorum* I, p. 617 sqq. — (4) cf. supra, p. I. not. 4. — (5) *Wegweiser durch die Geschichtswerke des europäischen Mittelalters* I (2) 1897, p. 488. sq.

tissima quaeque testantur, quae de rebus conventus, cuius filius erat religiosa professione, narrat; id quod iterum videre potes in tertia parte chronicae.

Dividi potest liber totus in partes tres, quarum PRIMAM apte inscriberes *de vita beati Dominici*, SECUNDAM *de rebus ad regularem observantiam disciplinamque canonicam spectantibus*, TERTIAM vero *de historia ordinis* eaque magistrorum generaralium, Lombardicae provinciae necnon conventus Mediolanensis.

Utrum ista prima pars idem sit opus ac vita beati Dominici, quam Galuagnum compilasse tradunt (1), necne, non est in comperto.

In prima et tertia parte servatur temporum ratio, dum secunda pars capita doctrinae disciplinaeque religiosae pro eorum natura tractat, proposita sententia quadam pia eaque exemplis undecumque haustis comprobanda et illustranda.

Fratres illi Philippus et Venturinus, quibus opus dedicatum est (2), qui fuerint, vix erui potest. Venturinus nescio an idem sit atque Venturinus ille, cuius ECHARDUS mentionem facit (3), cum aetates satis bene conveniant.

Qui operis ad fidem librorum manu scriptorum edendi in se suscipit laborem, eius non est de argumento ipsius operis disputare; sed eius officium textu, qua maxima poterit, cura praebendo lecturis absolvitur. Et revera quis non videat etiam Galuagnum nostrum rebus enarratis abundare diversis? Operam certo non perdet, qui ex Galuagno diligenter et assidue quaesiverit, quae de institutione et rebus gestis sui ordinis placuerint auctori, quae de moribus in conventu pie instituendis, quae de officio divino totaque liturgia digne peragendis. Dolendum est, quod, qui una cum Galuagno florebant fratres, omnino taceant, quid de principiis institutisque ab illo propositis senserint. Multa plane Galuagno non erant scribenda, nisi in diiudicanda ordinis disciplina alii eo tempore in diversas partes abiissent, ut insequentes evolventi paginas facile patebit. Si ipsi credere velis, ineunte saeculo decimo quarto iam multum a prisco observantiae rigore Dominicana familia defecerat, unde Galuagnus totus in eo est, ut suis ad primorum ordinis fratrum severitatem fervoremque, quomodo

(1) Cf. *SS. Ord. Praed.* lc. p. 618. — (2) cf. infra p. 1. — (3) *SS. Ord. Praed.* I, p. 620 sqq.

reducendi essent per « librum » suum « indicantem observare ordinem ad unguem (1), » ostenderet.

Neminem fugiet in rerum praeteritarum historia conscribenda Galuagnum partium studio plus aequo abripi, ut in opusculo « De rebus gestis ab Azone et Iohanne Vicecomitibus » hos, patriam urbem in aliis suis operibus de historia Mediolanensi in coelum tolleret. Quae cum ita sint, etiam ii viri docti, quibus de aliis chronicis eiusdem viri gratas debemus dissertationes, ipsum non possunt a partium studio vindicare omnino. Ut unius tantum verbis utar : Cantù « *Intorno al suo paese,* ait, *il Fiamma esagera, e accetta quanto esageravano altri in raconti senza logica* (2)*;* » et alio in loco « *l'esagerazione,* inquit, *del Fiamma tocca non di rado al ridicolo* (3). »

Neque in chronica ordinis, quam scripsit, auctorem ab eodem vitio possumus absolvere. In prima quidem parte contentus est exscribendis aliis vitis beati Dominici, et si quid addiderit, lector ipse videat, qua auctoritate nitatur. In secunda parte vero ita proponendis favet sententiis, ut, pro suo studio reformandi ordinem, normam sanae criticae nunquam non excedat ; proinde nonnisi magna cum cautela adhibita opiniones eius accipiendae. Qua in parte tractanda viam et rationem a v. Humberto omnino alienam iniit, quem tamen locupletissimum interpretem ordinis disciplinae suspiciunt alii. Quae vero Galuagnus de ipso v. Humberto narrat (4), quo ex fonte hauserit, non patet ; similia de celeberrimo illo magistro ordinis nemo alius memoriae tradidit.

Revera, accusationes v. Humberto ab auctore nostro obiectae, si cum attentione, qua dignae sunt, considerantur, nemo est, quin eas veritate carere iudicaverit.

Quid senserit Humbertus de perpetuitate praelatorum, in suo opusculo « *de his quae tractanda videbantur in concilio generali Lugdunensi* » exponit hisce verbis : « Quod praelati facilius deponerentur, quia ab eis non cito profertur contra malos sententia, sed per multos annos protrahitur causa, idcirco absque timore perpetrant mala. » Quae lex nisi de episcopis non rogata est. At quis putet, Humbertum voluisse introducere in suo ordine reli-

(1) cf. infra p. 1. — (2) *Archivio storico Italiano,* lc. p. 121. — (3) lc. p. 121. — (4) cf. infra p. 99.

gioso praelatorum perpetuitatem, quam abrogandam proponit in praelaturis, quae sunt institutionis divinae ?

Si existimes Humbertum perpetuitatem pro praelatis sui ordinis proposuisse diffinitoribus capituli generalis, ratio difficile inveniri potest, cur talis propositio crimini sit vertenda Humberto, cum penes patres in capitulo generali congregatos sit novas leges condere.

Quod attinet alteram accusationem « quia nimis delicatus etiam cibis et vestibus, et conventus non sufficiebant ad suas pompas et sumptuositates », ipse Humbertus, quae hac de re senserit, in suo opusculo, cui titulus Instructorium officialium (cap. 1. De Magistro Ordinis § X. Circa mensam) nobis exponit dicens : « Cum comedit in refectorio (scil. magister ordinis), non est ei sustinendum, quod ei singularitates notabiles fiant.... Cum autem extra refectorium comedit, in hospitio vel in infirmitorio, cavendum est ei, ne occasione ipsius superfluitates fiant inconsuetae.... » (1). Et alio in loco (2) : « Cavendum est autem ei diligenter, ne se reddat onerosum in expensis aut in servitiis, quae fratribus aliis fieri non consueverunt, aut fastu aliquo, tamquam non sit unus illorum ; aut in sustinendo nimias fieri sibi reverentias. Sed potius laboret, ut societas sua non solum fratribus, sed etiam familiae (i. e. servitoribus), cum qua etiam est ei habenda aliqua religiosa collocutio, sit amabilis et accepta. »

His perlectis ,cui magis credere velis, Humberto praecepta sua institutaque tradenti an Galuagno rumores quosdam nescio a quo auctore narratos prodenti, tibi, candide lector, relinquo. Quid denique auctor noster obicere voluerit Humberto his verbis « quia fratri Bartholomaeo de Turone confessori... » in aperto non est. Galuagnum hanc accusationem ulterius non protrahere puto, cum videret se anachronismo laborare. Constat enim tempore Humberti Bartholomaeum de Turone nondum extitisse confessorem regis Francorum, et ante annum 1270. hoc officio non potitum, suisque gradibus academicis necnon praedicatione generali privatum esse sententia capituli generalis Mediolani celebrati anno 1270, sub magistro ordinis Iohanne Vercellensi (3).

---

(1) Ed. Berthier tom. 2. p. 190. — (2) lc. § IV. Circa conventus. — (3) SS. O. P. I. p. 248.

Haec de Humberto disputasse sufficiunt ; si quis alia meliora in libris manuscriptis invenerit, certiorem me faciat rogo.

Quod attinet ad tertiam partem chronicae, negandum non est Galuagnum nostrum esse auctorem minime spernendum, praecipue in iis rebus, quae ad propria tempora propriumque conventum et provinciam spectant.

Quod iudicium prolatum etiam valet de aliis Galuagni operibus, in quibus res suo tempore gestas narrat (1).

III. DE FONTIBUS CHRONICAE. — Quilibet nostra aetate in arte historica peritus primo intuitu intelliget, quidnam sibi velit diversitas, qua usi sumus, typorum. Minoribus litteris distinximus ea, quae ad verbum deprompsit auctor ex aliorum scriptis ; iisdem litteris, sed latius extensis utimur, si quae ab aliis dicta non ad verbum desumpsit, sed propria oratione ad sensum exhibet. Quaecumque denique nullis fultus auctoribus edixerit Galuagnus vel aliorum sententiis propria arte addiderit, illa sola typis reddita invenies maioribus. Quod praesertim in tertia parte obtinet ; nam in prima et secunda fere omnia tamquam ex alieno hausta fonte indicanda erant. Compilatorem enim agit utraque in parte Galuagnus ; id quod plerosque sui aevi rerum gestarum scriptores fecisse neminem fugit.

Quibus vero auctoribus usus sit in aliis chronicis conscribendis iam ostenderunt cl. Echardus (2), Ferrai (3), alii (4) ; pro chronica sui ordinis compilanda transcripsit Theodoricos (5), Gerardos (6), Cassianos (7), libros denique, quibus titulus est *Vitas Patrum* (8). Quos omnes libros diligenter ad pedem singularum paginarum notavimus, ita tamen, ut proximos fontes exhibeamus solos, dili-

---

(1) « Ma se a quell' indefesso scrittore non può aggiustarsi intera fede nella parte antica della storia da lui raccontata, nelle cose però de suoi tempi, benche qualche errore inevitabilmente vi si trovi, e frequenti sieno le ripetizioni e le discordanze, tante sono e interessanti e minute le notizie da lui tramandateci, che non possiamo non avere in gran pregio i suoi libri ». Ceruti in *Miscellanea di Storia Italiana*. Tom. VIII. Torino 1869, p. 441 sq. — (2) *SS. Ord. Praed.* lc. p. 618. — (3) lc. p. 110 sq. — (4) *Archivio storico Lombardo*, Anno IV, 1877, p. 961. — (5) Theodoricus de Apoldia. *Vita b. Dominici* in *Actis Sanctorum* ad IV. diem augusti p. 558 sqq. — (6) Gerardus de Fracheto. *Vitae Fratrum Ordinis Praedicatorum* ed. Reichert. Lovanii 1895. — (7) Iohannes Cassianus. *Collationes* ed. Michael Petschenig. Vindobonae 1886. — (8) *Vitas Patrum : de vita et verbis seniorum* ed. Heribertus Rosweydus. Antverpiae 1628. [apud Migne PL. tom. 73, 74.]

gentiae seduli lectoris id relinquentes, ut, si voluerit, adeat remotos.

Quam curiosum, quam necessarium sit studium hac in re ponendum, praesertim ut quarundam piarum legendarum per temporis decursum evolutio ad exactam methodum historicam plene dignoscatur, neminem praeterit. Uno praeclaro contenti sumus exemplo : Quomodo, qualis b. Dominicus esset futurus, signis coelestibus praemonstratum fuerit, referunt alius post alium b. Iordanis Saxo, Constantinus Urbevetanus, Theodoricus Apoldiensis, Galuagnus.

I. Iordanis.

Huius [Didaci] in temporibus fuit quidam adolescens nomine Dominicus, in eadam dioecesi, villa, quae dicitur Chaleruega oriundus quem annis puerilibus parentum suorum, specialiter autem cuiusdam archipresbyteri avunculi sui diligentia nutriebat. Hunc primitus in usu ecclesiastico erudiri fecerunt, ut quem sibi Deus vas electionis futurum praeviderat, in ipsa adhuc puerili aetate velut testa recens exhiberet (a quo nec postmodum immutaretur) sanctitatis odorem.

II. Constantinus.

Venerabilis igitur pater b. Dominicus, quem tempore mundo pariter occidenti destinandum providentia divina disposuit, ex occiduis partibus Hispaniae, scilicet villa quadam, quae dicitur Calaroga Oxomensis dioecesis patre Felice, matre vero Ioanna nomine secundum carnem duxit originem.

III. Theodoricus de Appoldia.

Praesidente Romae in Sede sancti Petri magno patre domino Alexandro tertio ac Friderico imperatore huius nominis primo per orbem rempublicam gubernante, in Hispaniae partibus villa, quae dicitur Calaroga, Oxomensis dioecesis, anno Dominicae Incarnationis MCLXX fuit vir unus, qui vocabatur Felix, et accepit uxorem, nomine Iohannam : qui secundum statum seculi satis quidem erant honesti, et ante Deum Christiana pietate devoti; qui divinae dispensationis munere praeventi, benedictionem in foecunditate prolis sanctissimae meruerunt : genuit enim Iohanna Dei gratia viro suo Felici duos filios, qui litteris instructi et probabiliter conversati, gra-

IV. Galugnus.

Fuit in diebus Frederici huius nominis primi in provincia Ispanie villa dicta Calaroga vir nomine Felix, et uxor eius Iohanna; ambo honesti atque perfecti in omnibus mandatis dei.

dum sacerdotii conscenderunt. Horum unus in hospitali quodam obsequiis pauperum se dedicans, humilitatis gratia et misericordiae operibus, aliisque virtutibus in vita sua clarus exstitit, et ut fertur, post obitum miraculis coruscavit; alter vero relinquens seculum ad Religionem transiit, in qua multo tempore Domino laudabiliter serviens, vir sanctus et contemplativus beato fine quievit. Tales itaque fructus terra bona profert; quorum unus exhibendo misericordiam, gratiam redolet; alius contemplando veritatem, felicitatem perpetuam praegustat.

Cuius mater priusquam ipsum conciperet, ut quis esset futurus, non solum facta sequentia, verum etiam factorum sequentium procurata divinitus praesagia loquerentur, vidit in somnis se catulum gestantem in utero ardentem faculam baiulantem in ore, qui egressus ex utero totam mundi faciem inflammabat. In quo quid daretur intelligi, nemo qui Praedicatorem in catulo, in ardente vero facula divinum eloquium sacra attestante scriptura designare recordatur, ignorat.

Adiecit autem adhuc Dominus, magnificans misericordiam suam cum illis : nempe excellentioris gratiae filium paritura mater, priusquam conciperet, visione futuri partus indicativa a Domino coelitus praeventa est : vidit enim se gestare catulum in utero, qui ardentem in ore faculam baiulabat; egressus autem ex utero totum mundum ignibus de ore suo procedentibns incendebat. Post haec visitabat Iohannam Dei gratia, et inebrians partus sui fructum, germinare eam fecit, multipli-

Hec antequam conciperet, vidit se filium parere, qui in forma catuli vario colore depicti unam faculam accensam in ore portabat, que totum mundum accendere et illuminare videbatur. Deinde concepit, et in anno domini ·M·C·LXX·° filium peperit, quem Dominicum nominavit.

Iam autem illa sua puerili aetate futurorum praescius Deus aliquatenus est dignatus ostendere, quod insigne aliquid proventurum ex Puero speraretur. Denique matri suae in visione monstratus est velut habens lunam [*alias* stellam] in fronte; quo profecto praefigurabatur, dari eum aliquando in lucem gentibus illuminare his, qui in tenebris, et in mortis umbra sederent, ut rei postmodum probavit eventus (1).	Aliud quoque secuturae veritatis iudicium, a praecedenti vero in re significata non discrepans, matronae cuidam nobili non minus honestate quam genere, quae iam natum servum Dei Dominicum ex sacri baptismatis fonte suscepit, in visione monstratum est. Videbatur enim ei, quod puer Dominicus stellam praefulgidam haberet in fronte quae splendoris sui irradiatione multimoda totum orbis ambitum illustrabat (1).	cans genimina eius sacra. Impletum est tandem pariendi tempus, et peperit filium, fratrum decus et matris gaudium, exultantis in Domino, quia praevisum praesagio intuetur et continet in gremio. Cathechizatus ex more infantulus sacerdotali benedictione sanctificatur, unctioneque salutari chrismatis consignatur, Baptizatur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et nutu eius, cui Dominus nomen est, Dominicus appellatur. Matri quoque eius spirituali, feminae nibili cuidam, sacer infans Dominicus per visum apparuit, stellam praefulgidam habens in fronte, cuius splendore nimio totius mundi facies illuminata radiabat (1).	Quaedam autem honesta mulier, que in cathedicatione more matris spiritualis eum tenuit, vidit parvuli Dominici in medio frontis stellam clarissimam irradiare, cuius splendor totum universum illuminabat.
(1) AASS. ad diem IV. augusti p. 544, n.4 et 6.	(1) SS. Ord. Praed. I, p. 25, n. 1 et 2.	(1) AASS. ad diem IV. augusti, p. 562 n. 11 et 12.	

Quibus attente perlectis te non praeteriet, narrationem argumento auctam esse. Deest apud Iordanem visio catuli, quam praebent Constantinus et Theodoricus, ex quo eandem habet Galuagnus noster, addito vero, id quod diligenter, quaeso, advertas, « *vario colore depicti* », nescio an albo nigroque ? Stellam in fronte pueri Dominici apud Iordanem vidit « mater », « spiritualis mater » seu « honesta quaedam mulier » apud reliquos.

Si iam in vita b. Dominici retractanda magis sui cogitatus

quam historicae veritatis dictamen sequitur Galuagnus, saepius proprio ingenio indulget in iis rebus, quae ad ordinis disciplinam spectant. Ita, quod legitur in Vitis fratrum (p. 149) « ... in ecclesia vel in capitulo vel claustri angulis latitantes (scil. fratres) omnes suos actus examinacione strictissima percurrebant consciencias suas », — Galuagnus (p. 50) in suum usum convertens ait : « Inerat eis consciencie puritas mirabilis ; nam primos motus carnis sentire nefas reputabant ; sed ibidem commorari per moram parvissimam turpissimum scelus esse credebant. *Unde* QUILIBET *frater omni die mane, meridie, sero sacramentaliter confitebatur ;* minimas culpas cum lacrymis, aperte, cum circumstantiis exprimebant. »

Cui facto si addideris, quae numeris 73 sqq. et 91 continentur, in iudicanda Galuagni indole et alios viros doctos et nos nimia severitate peccasse certo negabis.

Exemplar codicis manuscripti, quo utimur pro nostra editione, extat Romae in bibliotheca Casanatensi. Tempore anteacto signatus erat B. II, 18, postea B. III, 25, nunc n° 1315. Asservabatur primo, ut ex tegumento interiori (fol. 1) habetur, « in VI^a^ banca, ex parte ecclesiae ». Constat codex foliis 53 formae minoris, quorum singulae paginae in duas columnas sunt divisae. Priora folia 37 continent eam quam edimus chronicam ordinis, sequentia vero a 37°—40^um^ « Dialogum inter abbatem senem ac discipulum circa evagationem mentis. » Reliqua denique a 40° ad finem : Regulam fratrum Minorum ab Honorio III confirmatam et a Nicolao IV declaratam ; Mare Magnum aliasque constitutiones apostolicas, stigmata S. P. Francisci ac ordinem minorum spectantes. Codex ipse saeculo XIV. videtur tribuendus ; glossae vero marginales, numeri, quibus distinguimus chronicam et notae quaedam foliis inscriptae — quae tamen minimi momenti sunt — recentiorem aetatem sapiunt. Tituli minio sunt exarati, litterae initiales, quarum nonnullae modice sunt ornatae, minio vel caeruleo.

Alii 3 codices chartacei saec. XVIII, a Casanatensi transcripti asservantur Romae in archivio generali ordinis Praedicatorum ; qui vero Mediolani in bibliotheca Braidensi invenitur signatus AF, X, II, est saeculi XVII.

IV. Muneri praefandi satisfacere non possum, quin tandem aliquando summas agam gratias doctissimo et liberalissimo cuique viro, qui in hoc opere conficiendo me adiuvit. In primis mentionem fecisse volo illustrissimi D. D. Dr Schreiber, celsissimi Principis de Leiningen a consiliis, et eiusdem Principis bibliothecario et archivistae urbanissimo D. D. Dr Krebs. Nefas etiam putarem silentio premere industriam indefessam, quam v. cl. A. R. P. Leca, Provincialis prov. Lombardiae, sodales dilecti et eo, quo sunt erga me propenso animo, RR. PP. FF. Maurus M. Kaiser et Thomas M. Wehofer in plagulis corrigendis ponere voluerunt.

Dabam Amorbachi, in urbe patria, die festo s. Dominici 1897.

Fr. Benedictus Maria Reichert
ord. praed.

FR. GALVAGNI DE LA FLAMMA

CHRONICA

ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM[1].

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Dilectis Christi discipulis fratribus Philippo et Venturino ordinis predicatorum fr. Galuagnus ordinis eiusdem, Christi servus, salutem. Librum indicantem observare ordinem ad unguem suscipite magis devotum quam curiosum. Amen.

1. Fuit in diebus Frederici huius nominis primi in provincia Ispanie villa dicta Caloroga vir nomine Felix, et uxor eius Iohanna; ambo honesti atque perfecti in omnibus mandatis dei. Hec antequam conciperet, vidit se filium parere, qui in forma catuli vario colore depicti unam faculam accensam in ore portabat, que totum mundum accendere et illuminare videbatur. Deinde concepit, et in anno domini ·M·C·LXX°· filium peperit, quem Dominicum nominavit. Quedam autem honesta mulier, que in cathedicatione(!) more matris spiritualis eum tenuit, vidit parvuli Dominici in medio frontis stellam clarissimam irradiare, cuius splendor totum universum illuminabat (2). 1170

2. Factus autem annorum septem beatus Dominicus cuidam archipresbitero, avunculo suo, traditus est divino imbuendus officio; ubi sepius inventus est lectum derelinquere et super nudam terram orare, ac totam noctem quiescere, et ultra quam credi posset, multa opera sanctitatis digna memoria faciebat. Nichil omnino puerile gessit in opere. Unde ad civitatem Pallenciam, ubi generale vigebat studium, missus fuit; qui faciliter omnes phylosophorum sciencias capiens, postmodum post (3) quatuor annos in sacra theologia studuit. Ubi duo digna memoria operatus fuit : Primo quia per decem annos 1177 [1184]

(1) Titulus om. in Ms. — (2) *Fuit - illuminabat* Theod. n. 11-13 (p. 562). — (3) (!) *per* Theod.

nullum omnino vinum bibit; secundo quia contra famem generalem, que supervenerat, omnes libros vendidit et precium pauperibus erogavit (1).

[1199] **3.** Eodem tempore Didacus sanctissimus episcopus Oxomensis suos canonicos maioris ecclesie in habitu seculari degentes, habitum regularem suscip.· fecit et dignitatum nomina commutans, archipresbiterum priorem, archidiaconum suppriorem nominari iussit. Qui audiens beati Dominici famam odoriferam eum in sua maiori ecclesia suppriorem (2) sive archidiaconum ordinavit et habitum regularem ei contulit. Qui statim ad studium Palenciam rediit, ubi altera vice libros, quos propria manu glossaverat, vendidit et precium inter pauperes dispersit; et dicebat : « Nolo studere super mortuas pelles et homines fame moriantur. » Cuius exemplo multi magni prelati et clerici, qui in eodem studio persistebant, similiter fecerunt; et tunc beatus Dominicus predicare cepit in habitu regulari, et multi sibi sunt adiuncti, qui omnes ferventissime predicabant (3).

1203 **4.** Aldefunsus, rex Castelle, propter negocia sui regni versus marchias beatum Didacum, episcopum Oxomensem, suum legatum instituit; qui beatum Dominicum suum canonicum in socium sibi assumpsit. Et in illa legacione beatus Dominicus apud Tholosam quendam suum hospitem hereticum ad fidem convertit anno domini · M° · CC° · III° ·, anno etatis sue · XXX° · (4). Completo autem officio sue legacionis supradictus Didacus episcopus Romam cum beato Dominico per-
[1205] rexit. Qui in manibus domini pape Innocencii tercii episcopatui renunciavit; quod dominus papa non acceptavit. Unde Oxomam rediens Cistercium visitavit et habitum monacorum alborum recepit. Et plures monachos et conversos sibi dari in socios fecit. Ex
· 2 tunc beatus Dominicus cum · fratribus Cisterciensibus magnum amorem habere cepit. Finaliter dictus episcopus Tholosam attigit, ubi per dominum papam Innocencium tercium invenit esse directos contra Albigensem errorem · XII · abbates de Cistello; cum quibus ipse episcopus, habens similiter habitum monacorum, per duos annos predicavit. Et in quadam generali disputacione beatus Dominicus librum, in quo confutabatur error Albigensium fortissimis racionibus, quem ipse conscripserat, in testimonium vere fidei in conspectu omnium populorum in ignem proiecit tribus vicibus; qui de igne semper illesus exivit. Ex quo fides catholica quam-

---

(1) *Factus — erogavit* Theod. n. 14-20 (p. 563). — (2) *Eodem — suppriorem* Theod. n. 21-24 (p. 564) de reformatione canonicorum Oxom. cf. (SSOP **1** 2 nota *a*). — (3) *Qui — praedicabant* Testis VII, 1 (SSOP lc 52). At fr. Stephanum Hispanum (test.VII) errasse neque B. Dominicum Palenciam reversum libros denuo vendidisse pauperum ergo, recte monet Quet. lc. — (4) Haec ms. minus recte pro anno 33.; id quod ostendit n. 1.

plurimum multiplicata fuit. Et quia multe nobiles puelle propter inopiam sunt ab hereticis prostitute et heresi depravate, supradictus episcopus Didacus monasterium de Pruliano instituit, ubi nobiles puellas posuit. Et post duos annos beatum Dominicum suum 1207
vicarium et caput omnium crucesignatorum ordinavit. Qui rediens ad ecclesiam suam Oxomensem clarus multis miraculis vitam finivit. Et sic beatus Dominicus catholicis cum paucis inter innumeros hereticos remansit (1).

5. Et beatus Dominicus, qui solus paucis sibi sociis adherentibus, sine professionis tamen vinculo, per X annos predicavit, fidem catholicam mirabiliter extulit, hereticos ubique prosternavit, infinitas iniurias ab hereticis sustinuit, precipue circa Carcasonam, Narbonam et Fanumiovis (2).

6. Cum beatus Dominicus adhuc esset canonicus, bis vel ter fuit electus in episcopum Biterinsem et Convenarium, sed renuit. Evangelium Mathei et epistolas Pauli semper secum portabat (3) et fere cordetenus eas sciebat (4).

7. Librum de collacionibus patrum avidissime studebat, ubi summum apicem sanctitatis exausit (5) et ordinem predicatorum secundum illum librum instituit et vivere docuit, sicut infra dicetur diffusius.

8. Eodem tempore dominus Innocencius tercius dominum Simo- [1209]
nem comitem Montisfortis cum ingenti milicia et multis turmis crucesignatorum misit in provinciam Provincie, ut comitem Tholosanum, fautorem hereticorum, debellaret. Hic Simon comes beato Dominico coniungitur, et ceperunt alter gladio, alter miraculis et verbo predicacionis viriliter dimicare. Unde accidit, quod beatus Dominicus in testimonium fidei catholice in presencia supradicti comitis et episcopi Tholosani et tocius populi christiani librum, quem contra hereticos conscripserat, in ignem proiiceret, qui tribus [vicibus] illesus ad pedes beati Dominici resilivit; sed liber hereticorum in ignem missus statim incineratus fuit (6).

Altera vice fluvium Aregia transiens libri eius submersi per tres dies in fondo fluminis fuerunt; qui inde extracti in nullo illesi inventi sunt, imo pocius in armario quam in fluvio servati fuisse videbantur (7).

---

(1) *Aldefunsus — remansit* Theod. n. 27-33 (p. 565 sq.). — (2) *Et — Fanumiovis* Vfr (Chron. Ord. ad an. 1215); MOPH **1** 321; Theodorico hoc loco non videtur esse usus. — (3) Theod. n. 49 (p. 569) cf. etiam n. 252-254 (p. 405 sq.). — (4) *Evangelium — sciebat* AASS p. 635 n. 34. — (5) *Librum — exausit* Theod. n. 22 (p. 564 et p. 543 n. 11). — (6) *Eodem — fuit* Theod. n. 46 (p. 568). — (7) *Altera — videbantur* Theod. n. 36 (p. 566).

In eodem transitu fluminis cum nauta ab ipso denarium pro transitu importune postularet, beatus Dominicus genu flexo a deo denarium unum postulavit; post longam oracionem de celo unus denarius apud eum descendit et nauclero persolvit (1).

Quidam devotus Theutonicus eidem adherens orante beato Dominico graciam linguarum a deo optinuit, ut et ipse Theutonicus idioma Hispanicum optime intelligeret, et beatus Dominicus similiter loqueretur Theutonicum perfectum et intelligeret (2).

Contigit, quod quidam fidelis egestate compulsus hereticus efficeretur; quo audito beatus Dominicus seipsum in servum
3 vendere voluit, ut paupertati proximi subvenire posset. * — Per totam unam · XL^am · in pane et aqua ieiunavit, et super nudas asseres indutus cilicio iacuit. Quo comperto multe nobiles domine, licet heretice, ad veram fidem sunt converse. Quibus ait beatus Dominicus : « Volo vobis ostendere deum hereticorum Albigenensium, quem et vos longo tempore adorastis ». Et ducens eas ad ecclesiam diabolus in forma gatti apparuit, qui erat niger super carbones, linguam habebat protensam et longam valde, cum qua terram lingebat, posteriora erant denudata et fecibus stercorata; qui per cordam campanilis perrepens disparuit et fetorem intollerabilem ibidem dimisit. Ex quo quam plures de illis dominabus monasterium de Pruliano (3) intraverunt (4).

Quadam vice heretici beato Dominico insidias paraverunt, volentes eum in frusta concidere, sed dominus Ihesus Christus, qui Iohannem evangelistam pre ceteris dilectum de gracia speciali perimi noluit, sic beatum Dominicum virginem purissimum a gladio illesum conservavit. Cui quidam hereticus quadam vice ait : « O Dominice, Dominice, tali die, si pertransisses per talem stratam, tu fuisses gladio peremptus ». Cui respondit sanctus dei Dominicus : « Ecce sicio martirium plus quam cervus siciat aquarum fluvium; ego toto corde desidero, quod me capiatis et primo et principaliter me totum denudetis, postea abscindatis michi pedes, deinde ambas manus, postea extrahatis linguam radicitus et omnia ista mea membra abscissa ante oculos meos ponatis; finaliter exopto, quod oculos eruatis et truncum corporis mei

---

(1) *In eodem — persolvit* Theod. n. 37 (p. 566). — (2) De viro quodam religioso, nationem tamen eius tacens, hoc b. Dominici miraculum Theodoricus memoriae prodit; de *pluribus* Teutonicis idem refert Gerardus MOPH 1 74.cf. Theod. n. 150 sq. (p. 585). — (3) Ms. *pruriano*. — (4) *Contigit — intraverunt* Theod. n. 40-45 (p. 567 sq.).

semivivi in sanguine meo involuptetis et circumvolvatis, et postea me decapitetis (1).

Quadam vice, dum adhuc esset in habitu regulari, cum quodam converso Cisterciensi, de civitate ad civitatem transiens, nocte superveniente ad quandam ecclesiam pervenit, quam clausam inveniens oracione premissa ianuis clausis cum socio intravit, ubi in laudibus divinis tota nocte iubilaverunt. Facto die cum miraculum divulgaretur, multi demoniaci ad eum sunt adducti; tunc beatus Dominicus stolam sacerdotis illius ecclesie super collum proprium posuit, deinde super colla demoniacorum adplicuit, qui omnes statim sanati sunt (2).

9. Inter hec Simon comes supradictus Tholosam obsedit et beatus [1211] Dominicus ei in obsidione semper adstitit. Eodem tempore ·XL· peregrini de sancto Iacobo, qui Tholosam non intraverant propter interdictum, in fluvium sunt submersi. Quo audito beatus Dominicus adveniens fluvio et ventis imperans eos ad ripam venire iussit atque omnes ad vitam revocavit (3).

Eodem tempore vir dei spiritu sancto plenus regis Aragonum, qui ecclesie rebellabat pro comite Tholosano, mortem predixit infra annum evenire; quod ita fuit (4).

Similiter cuiusdam heretici conversionem per annos ·XX· ante predixit; unde cum igni traderetur ipsum liberavit; qui postea fidelis christianus fuit (5).

Finaliter Simon comes, ecclesie nuncius, in omnibus prevaluit, [1213] Tholosam optinuit et beatus Dominicus Tholosam intravit.

10. Cum autem beati Dominici fama odorifera ubique diffun- [1215] deretur, quidam Petrus Cimiliani, vir magnus in civitate Tholosa se ipsum et domus suas nobiles, quas habebat in ipsa civitate, beato Dominico adhuc canonico regulari tradidit. Ubi more religiosorum vivere ceperunt, licet nulla professio esset inter eos, nisi quod omnes in habitu regulari vivebant. Quibus Fulco, episcopus Tholosanus pro emendis libris et aliis necessariis * terciam partem deci- *3/ marum concessit, sperans quod ordo beati Dominici esset columpna tocius fidei christiane (6). Et erant tunc in Tholosa fratres ·XVI· (7), quorum nomina sunt hec : Frater Manes conuterinus beati Dominici, fr. Petrus Cimiliani, fr. Thomas, fr. Matheus, fr. Go-

---

(1) *Cui respondit — decapitetis* Theod. n. 39 (p. 567). — (2) *Quadam vice — sanati sunt* Theod. n. 47 (p. 568). — (3) *Inter hec — revocavit* Theod. n. 48 (p. 568). — (4) *Eodem — ita fuit* Theod. n. 53 (p. 569). — (5) *Similiter — fuit* Theod. n. 54 (p. 570). — (6) *Quidam — christianae* MOPH **1**, 323; cf. Theod. n. 55-57 (p. 570). — (7) *Erant* — XVI Theod. n. 63 (p. 571).

mesius, fr. Michael, fr. Dominicus, fr. Beltrandus, fr. Iohannes, fr. Laurencius, fr. Tancredus, fr. Otto, fr. Henricus, fr. Gregorius, fr. Albertus et fr. Otherius conversus (1). Duoque nepotes beati Dominici in ordine beato fine migraverunt (2). Cum istis suis ·XVI· sociis cepit beatus Dominicus tractare de instituendo novo ordine, qui diceretur ordo predicatorum et esset.

Cui Simon comes supradictus quoddam castrum donavit, quod dicitur Phanuel (3); similiter et ecclesiam castri, quod Phanum Iovis dicitur, cum largis possessionibus (4). — Eodem tempore idem Simon
1216] comes filiam delfini Viennensis accepit filio suo in uxorem, que apud Carcassonam nupcias celebrans voluit, quod beatus Dominicus benedictionem faceret in illis nupciis et filiam suam baptizaret; que postea fuit sanctissima et priorissa apud sanctum Antonium de Parisius; alia filia dicti comitis, dicta domina Amicia de Ioviniaco (5) monasterium sororum ordinis de Montargis pro ·L· sororibus excellenter dotavit. Cuius filius unigenitus, cum apud Ciprum cum rege Francorum militaret, moriens est factus frater predicator. Unde totum genus comitum de Montiforti specialem amorem habuit ad ordinem (6).

1215 **11.** Eodem tempore Innocencius tercius concilium congregans universale omnes prelatos mundi convocavit. Unde dominus Fulco episcopus Tholosanus una cum beato Dominico Romam venerunt anno domini ·MCCXV°·, etatis beati Dominici anno ·XLV°·. Tunc beatus Dominicus apud papam instabat pro ordine predicatorum instituendo; quod papa nullo modo concedere voluit. Sed eadem nocte visum fuit summo pontifici, quod Ecclesia Lateranensis corrueret; et cum edificia iam iuxta terram in pendulo aere concuterentur ad invicem, beatus Dominicus humeros superposuit et omnia illa edificia in proprium locum erexit. Unde ipse dominus papa beatum Dominicum ad se vocari iussit, cui hanc visionem narravit et ait : « Vere ordo tuus debet sanctam ecclesiam substentare. Unde volumus, quod Tholosam redeas et de consilio fratrum tuorum unam ex tribus regulis approbatis eligas et postea ad nos redeas, et ordinem tuum confirmabimus ». Venit beatus Dominicus Tholosam et regulam beati Augustini eligens
[1216] Romam rediit et Innocencium tercium migrasse invenit; cui cum

---

(1) Hanc seriem primorum fratrum collegit ex Theodori (lc. n. 74 sqq. et passim), Iordanis, Gerardi libris. — (2) *Duoque — migraverunt* MOPH **1**, 60. — (3) *Cassamiel* Theod. n. 55. Casanel MOPH **1**, 322. — (4) *Cui — possessionibus* Theod. n. 55 p. 570). — (5) Ms. Noviniaco. — (6) *Eodem tempore — ad ordinem* MOPH **1**, 322.

substitutus fuisset Honorius tercius, libenter ordinem confirmavit (1) anno domini ·M·CC·XVI°·.

Eodem tempore cum beatus Dominicus in ecclesia sancti Petri de 1216
Roma orans pernoctasset, factus in spiritu vidit dominum Ihesum Christum stantem in aere, qui tres lanceas ignitas contra mundum vibrabat; pia virgo ante pedes filii genu flexo orabat, ut parceret peccatoribus, et dicebat : « Habeo unum servum fidelem nomine Dominicum, et alium nomine Franciscum, qui mundi peccatores convertent ad penitenciam ». Respondit Ihesus : « Ostende michi eos. » Tunc beata virgo ambos presentavit. Cui ait Ihesus : « Bonos et sufficientes servos elegisti ». Facto mane beatus Franciscus ecclesiam beati Petri intravit; quem ex habitu beatus Dominicus agnovit et in sancta oscula ruens ait : « Tu es socius meus, tu curres pariter mecum ; stemus simul et nullus contra nos adversarius prevalebit. « Cui predictam visionem narravit. Et tunc facti sunt cor unum et anima una, quod eciam in suis posteris in perpetuum mandaverunt observari. Hanc visionem post mortem beati Dominici beatus Franciscus narravit fratribus nostris (2).

Altera vice dum in ipsa ecclesia oraret beatus Dominicus, * ·4
apparuit ei beatus Paulus, qui ei librum apertum tradidit; supervenit et beatus Petrus, qui ei baculum donavit et dixerunt : « Vade, predica, quoniam a deo ad hoc ministerium es electus (3). » Ex tunc beatus pater Dominicus epistolas Pauli semper secum portavit (4) et ferulam in manu continue baiulavit tam in domo quam in itinere.

12. Eodem anno et tempore Iohannes famosissimus in abstinen- 1216
cia et sanctitate hora diei ·IX^{a}· positus in oracione vidit imaginem domini nostri Ihesu Christi indicibilis pulcritudinis. Cuius facies erat clarior omni sole et erat mire magnitudinis ; pedes imaginis erant recti et igniti et sub pedibus duc rote ignee et radiose. Et spiritus vite erat in rotis. In corona aurea imaginis erant apostoli duodecim, quia in parte anteriori erat beatus Petrus cum omnibus suis successoribus, deinde Paulus et sic de singulis. In pectore erat beata virgo, cuius ornatus excedebat omnem humanum sensum. Ex una parte erat Iohannes Baptista, ex alia parte Iohannes Evangelista. Inerant siquidem ipsi imagini Ihesu Christi sex ale mirabilis longitudinis; due erant elevate super capud et erant per longitudinem earum hinc sculpti omnes patriarche et prophete; in alia ala reges Iuda et duces, inter quos erant pul-

(1) *Eodem — confirmavit* Theod. n. 61-66 (p. 571 sq.). — (2) *Eodem — nostris* Theod. n. 65-67 (p. 572). — (3) *Altera — electus* Theod. n. 70 (p. 573). — (4) Cf. MOPH p. 150 ; supra n. 6.

criores Abraam, Moyses et Davit; attamen locus Salomonis erat vacuus, sed gemmis preciosis ornatus; in inferiori parte alarum super humeros imaginis erant hinc Augustinus, hinc Ieronimus habentes libros et phialas aureas. In circuitu erant multi sancti illarum provinciarum, in quibus isti duo doctores predicaverunt; et vox istarum duarum superiorum alarum quasi armonia omnium instrumentorum musicorum, que sub celo audiri possunt. Manus imaginis domini nostri Ihesu Christi erant albiores omni nive et extente per longitudinem duarum alarum, quibus volabat; quarum vox erat quasi tubarum exortancium ad bellum. In iunctura istarum duarum alarum in latere dextro imaginis erat Gregorius habens archum extensum cum sagittis igneis, et in sinistro latere erat Isidorus Ispalensis habens ignem et gladium fulgentem ex utraque parte acutum. In circuitu istorum duorum doctorum erant quamplurimi sancti et sancte illarum provinciarum, in quibus predicaverant. Femur et genua imaginis tegebantur duabus aliis alis ad invicem se cancellantibus, in quibus hinc erat Ambrosius, inde Ilarius tenens turribula aurea, quorum fumus in conspectu imaginis ascendebat. Cuius fumi virtus erat ad suscitandos mortuos. Et vox istarum inferiorum alarum quasi aquarum multarum; et nota, quod inter Augustinum et Gregorium in dextera parte imaginis erant Martinus cum evangelio, ex opposito Nicholaus cum veteri testamento. Item inter Gregorium et Ambrosium in dextera erant Benedictus, ex opposito Bernardus habentes in manibus lucernas splendidas : et in circuitu cuiuslibet supradicti sancti erant plurimi sancti episcopi et monachi et martires et domine illarum provinciarum, in quibus predicaverant viventes. Stabat ergo ista imago admirabilis super duas rotas igneas; et beatus Dominicus erat habens sex alas more imaginis, cuius facies erat quasi nix; et quandam cathenam auream infixam rotis manu tenebat. Similiter beatus Francischus erat habens sex alas, cuius facies erat quasi fulgur, et quendam funem ex albo, rubeo, viridi colore permixtum infixum alteri rote cum manibus tenebat. Hii duo currum motu velocissimo agitabant; nam in ictu oculi de oriente in occidens, de aquilone in meridiem circumvolabat; si rote volve-
4 bantur super saxa velut cera liquefiebant, si super flumina * aut mare velut ignis erant; si super terram fiebat quasi aqua fluens, si super lutum desiccabatur. Et oculi imaginis et omnium sanctorum erant intenti in Dominicum et Francischum, et cantabant omnes alleluia; si rote volvebantur super aera, tunc isti duo non trahebant currum, sed sequebantur totis viribus adiuvantes eum ad motum. Cum sic ista peragerentur, ecce unus draco, quem sequebantur vulpes, habentes facies mulierum et diversarum bestiarum, et unus gallus admirabilis supervenerunt; et draco adhesit rotis et

currum detinuit per dimidium horam. Quo viso Dominicus et Francischus facto tumultu permaximo capud draconis confregerunt; ex quo invariabiles stelle exeuntes in pectore imaginis advolaverunt et multum ipsum ornaverunt; et cantaverunt sancti et sancte ille una voce dicentes : « Quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gencium. » Tunc gallus erubuit, eo quod draconis complex fuisset; unde in pectus imaginis, unde exciderat, advolavit; insuper omnes vulpes evanuerunt; et cum omnia pacifice cum imagine agerentur, ecce subito de puteo abissi quedam terribilis bestia exsurrexit; cuius caput erat quasi mulieris, cornua ferrea, sed deaurata; cauda quasi leonis; ex ore eius exibant verba mellita et suavia, sed venenosa, et verbo suo catenam Dominici et funiculum Francisci precidit, rotas currus evertit. Quo viso quidam aries supervenit, quem bestia coronavit corona aurea et vulpes multe apparuerunt; et posuit aries et similiter vulpes totam suam fiduciam in illa bestia, et sic illa mirabilis imago Ihesu Christi obtenebrata fuit; magnam partem sanctorum bestia interfecit. Interim Dominicus de manu Gregorii gladium recepit, et Franciscus de manu Ysidori arcum et sagittas suscepit; et in manu forti pugnantes bestiam interfecerunt, et ignis de celo descendit, qui ipsam bestiam combussit et incineravit, et similiter omnes vulpes, que cum ipsa erant. Et facta est imago Ihesu Christi pulcrior solito; et cathena Dominici et funiculus Francisci inseparabiliter adheserunt rotis et facies amborum facta est in centuplo pulcrior, quam prius fuisset. Et omnes sancti laudes dabant Dominico et Francisco. Hiis visis aries erubuit, quod bestie adheserat, et coronam acceptam a bestia deposuit atque fregit; et dominus Ihesus illi arieti fontem ostendit, ubi se lavans albior nive est effectus; quem Ihesus corona aurea coronavit et acceptis alis in pectore imaginis advolavit; et vox innumerabilium populorum facta est dicens : alleluia; et vox tube insonuit : Surgite mortui, quia hora iudicii et miserie appropinquavit. Et libri aperti sunt, singulorum merita sunt discussa, terra igne eruitur, et clarior cristallo efficitur; imago cum ecclesia celum conscendit, et vox suavissima facta est dicens : Est dominus operans omnia in omnibus et regnabit in eternum et omnes sancti cum eo (1). Et vox domini facta est : « Dominicum servum dedi mundo in lucem contra hereticorum perfidiam, et usque ad extrema tempora ordo predicatorum permanebit. Amen. »

13. Abbas Ioachim in suis libris depinxit habitum predicatorum cum capa nigra et capucio albo, et precepit, quod talis ordo in suo mo-

(1) *Eodem anno — cum eo* Theod. n. 372-383.

nasterio Floracensi reverenter et in perpetuum reciperetur; quod et fecerunt; nam cum duo fratres illuc prima vice irent, totus conventus cum turribulo et cruce eis obviam iverunt (1).

Beata Maria de Oignies (2), diecesis Leodiensis per · X · annos, antequam
· 5 ordo inciperet, Spiritu Sancto plena * predixit, in brevi ordo predicatorum insurget, qui mundum illuminabit (3).

Beata Bona, quam iuxta Pisas Christus anulo subarravit, predixit dicens : In brevi ordinem predicatorum in mundum dominus est missurus (4).

Beatus Stephanus prior Cartuciensis et alius, dictus sanctus dei, episcopus Aurasicensis, ordinis Cisterciensis, publice predixerunt in populo dicentes : In brevi ordo predicatorum adveniet, qui vitam et scienciam et nomen predicatorum habebunt (5).

Quidam monachus factus in extasi per tres dies continuos, et quidam alius vite restitutus hanc viderunt visionem, scilicet, quod beata virgo diebus tribus flexis genibus ante filium prostrata iacebat orans, ne peccatores et mundum adhuc consumaret; quam filius multis vicibus repulit, volens omnino mundum destruere. Cum autem beata virgo instaret, ait filio : « Non facias secundum peccata hominum, sed secundum tuam misericordiam. » Respondit filius : « O mater, non fas est, ut tibi denegem aliquam graciam; ego mittam mundo fratres predicatores, qui mundum illuminabunt; quod si mundus non se correxerit, amplius non parcam (6). »

1216 **14.** Beatus ergo Dominicus confirmato ordine anno in · M · CC · XVI° · visisque supradictis visionibus in ecclesia beati Petri de tribus lanceis et de libro Pauli et baculo Petri, exiens de Roma rediit Tholosam ad fratres suos numero sexdecim. Et episcopus Fulco donavit beato Dominico in civitate Tholosa eccle-
1217 siam sancti Romani, et anno domini · M · CC · XVII° · ibidem claustrum et cellas fratres construxerunt, et fuit primus conventus ordinis predicatorum (7).

15. Fuit autem beatus Dominicus mediocris stature, facies eius erat pulcra valde, paulisper rubens, semper ilaris, semper iocundus; vox eius erat quasi vox tube; manus habebat longas; erat autem aliquantulum macilentus et multum agilis; corona capitis erat rufa, paucis canis respersa tota integra, licet circa finem fuerit aliqualiter calvus (8); barbam similiter habebat rubram (9).

---

(1) *Abbas - iverunt* MOPH **1**, p. 13, § V. — (2) Ms. Ogenes. — (3) *Beata - illuminabit* MOPH **1**, p. 12, § III. — (4) *Beata - missurus* lc. p. 12, § IV. — (5) *Beatus - habebunt* lc. p. 11, § I, II. — (6) *Quidam - parcam* lc. p. 6, § II, III. — (7) *Rediit - predicatorum* lc. p. 324 ad an. 1216. — (2) *licet - calvus* lc. p. 120 C. XXV. — (3) *Fuit - rubram* Theod. n. 213 (p. 595).

Ipse postquam fuit in ordine predicatorum semper vilissimas vestes portavit (1); insuper nisi unam tunicam nec in ieme nec in estate unquam habuit (2). II° quod nec sanus vel infirmus carnes comedere unquam noluit; insuper nullum cibum, ubi esset aliqua pinguedo, excepto oleo, nunquam gustavit nec in domo nec extra domum. III° quod in lecto aut saccone nunquam iacuit in domo vel extra domum, nec eciam infirmus, sed suus lectus erat aut tabula nuda aut crates facta de lignis, ubi cum cappa et omnibus vestibus dormiebat, extractis tantummodo calceis (3). IV° quod a festo sancte crucis usque ad pascha continue ieiunabat, nec in aliquo casu ieiunium frangebat nec in domo nec extra domum; insuper ieiunabat sextas ferias per totum annum. V° quod silencium a mane usque ad terciam et post completorium et[iam] in itinere observabat et socios suos observare faciebat (4). VI° quod numquam verbum ociosum eum dicere potuit aliquis audire, sed quociescumque in itinere vel in domo alicui persone coniungebatur, statim eis predicabat, exempla sanctorum primum narrabat, quibus corda audiencium mirabiliter vulnerabat (5). VII° quod communiter usque ad matutinas in ecclesia orabat, super pedum sumitates se erigebat et passim a terra per unum cubitum elevabatur, aliquando per tres cubitus. Pulsato ad matutinas corum intrabat et discurrens ex utraque parte cori fratres ad cantandum excitabat; post matutinas super terram aut super cratem rudi panno coopertam dormiebat (6). VIII° quod in via aut semper predicabat aut ave maris stella vel salve regina cantabat; discalceatus itinerabat, sed propter honestatem iuxta villas se calciabat; nunquam * in civitate aut villa oculos a terra elevabat; hostiatim existens magister ordinis panem mendicabat et pro frusto panis recepto genuflexit et gracias egit (7). IX° quod cilicium ad carnes habuit et cathenam valde grossam circa lumbos portavit. X° quod intrans aliquem conventum statim verbum dei fratribus proponebat, transgressores regule sive constitucionum durissime puniebat. XI° quod pitansias sibi appositas non comedebat, sed quod alii fratres comederent, dispensabat et multum turbabatur, quando pitansias videbat; nam simplici pulmento libenter se contentebat. XII° quod cum cathena ferrea habente tres ramos seipsum durissime omni die verberabat semel ante matutinas pro mortuis, item post matutinas pro vivis, item infra diem pro propriis peccatis (8).

(1) *vilissimas - portavit* AASS. p. 638 n. 49 sqq. n. 54, 60. — (2) *Insuper - habuit* lc. n. 60. — (3) *in lecto - calceis* lc. 638 sqq. n. 7, 15, 21, 37, 42, 48, 55. — (4) *a festo - faciebat* lc. p. 629 sqq. n. 3, 15. — (5) *nunquam - vulnerabat* lc. p. 629 sqq. n. 4, 41, 47, 53, Theod. n. 225, p. 597. — (6) *communiter - dormiebat* lc. p. 629 n. 6, 21, 48, 56, 60. — (7) *quod - egit* lc. p. 632 sqq. n. 21, 31, 32, 45. — (8) *intrans - peccatis* lc. n. 4, 6, 14, 28, 32, 37, 56, 61, Theod. n. 220, 222 (p. 596).

1217 **16.** Beatus Dominicus anno domini ·M·CC·XVII°·, dum voluit in Tholosa primum conventum ordinis erigere, tales officinas et cellas construxit, quales voluit per totum ordinem alios fratres debere facere, considerans, quod antiqui patres cellas sibi faciebant in latitudine quatuor pedum, in longitudine quantum poterat corpus hominis se extendere et aliquid plus. Ipsorum exemplo cellas fieri mandavit in ipso conventu Tholosano, videlicet [ut] alto pariete ad invicem essent separate; ad caput lecti esset murus equalis lecto, ut frater existens in lecto clare et aperte posset a fratribus transeuntibus per dormitorium videri. Et quia antiqui patres super mattam sive sextorium quiescebant, ordinavit, quod nullus frater nisi super stramina dormiret; propter studium, ut discus in cella posset calere, (*sic in ms.*) dispensavit, quod latitudo celle fieri posset sex pedum; attamen ordinavit, quod fratres per totum ordinem viles domos, viles cellas, viles discos ad legendum haberent, ut sic in omnibus paupertas et humilitas eluceret; et precipue conabatur, quod vilitas in vestibus observaretur. Item ordinavit, quod in cellis nullum hostium, nulla clausura, nullum velamen haberetur; in qualibet cella erat depicta imago crucifixi, ut frater eciam quiescens levaret oculos cordis et corporis ad dominum, unde venit omne auxilium nostrum (1).

17. Et quia sancti patres unum communem locum semper habuerunt, in quo de salute anime interdum ad invicem conferre poterant, ideo ordinavit beatus Dominicus unum locum, quem vocavit locutorium, ubi duabus de causis frater poterat alium fratrem advocare : primo si casum aliquem gravem alicuius persone in confessione audisset, de quo cum lectore vel alio litterato fratre conferre posset; secundo si frater esset temptatus, quia aliquem fratrem antiquum et devotum advocabat et sua gravamina exponebat. In nullo alio loco conventus aliquis frater loqui ausus erat.

18. Et quia sancti patres omnia communia habebant, eciam vestes in dorso, quas habebant, communia esse dicebant, ordinavit beatus Dominicus, quod in conventu esset unus communis locus, ubi omnes vestes fratrum et omnes libri servarentur; et in potestate prelati erat distribuere cuilibet fratri, sicut opus erat.

---

(1) *In qualibet - nostrum* MOPH **1**, 217 § XII, - ps. 120, 1.

Insuper ordinavit beatus Dominicus, ne aliquis sibi aliquid appropriaret, quod fratres eciam vestes, quas in dorso portabant, nominarent nomine communi, sic dicendo : cappa nostra, cultellus noster. Similiter frater nullum omnino librum nec proprium nec appropriatum habebat, imo quilibet omni die librum sibi necessarium a custode rerum postulabat et eodem die reponebat in armario : Augustinus in regula : et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia. Et iterum : Codices certa hora singulis diebus petantur.

Constructo autem conventu Tholosano introductisque regula- 1217
ribus observanciis, beatus * Dominicus barbam longam portare · 6
cepit atque ultra mare ire disposuit. Unde fratrem Matheum abbatem supra totum ordinem eligi procuravit et convocatis omnibus fratribus in unum ait eis : « *Euntes per mundum universum predicate evangelium omni creature* (1) » Et tunc ad duas provincias fratres dispersit. Quia in Ispaniam misit fratrem Gomecium, fr. Petrum, fr. Michaelem et fr. Dominicum anno domini ·M·CC·XVII°·. Eodem anno et tempore in Franciam misit sex fratres, qui literas confirmacionis ordinis in studio Parisiensi publicarent, scilicet fr. Matheum abbatem ordinis, fr. Beltrandum, fr. Manem (2) conuterinum suum, fr. Oterium conversum et duos pro studio, videlicet fr. Iohannem et fr. Laurencium. Hii sex fratres domum conduxerunt ante palacium episcopi in kalendis octobris, sed ad peticionem (3) pape data fuit eis sequenti anno ecclesia sancti Iacobi, quam intraverunt octavo idus augusti anno domini ·M·CC·VIII°·, et eodem anno fuerunt fratres 1218
in ipso conventu Parisiensi numero ·XXX· (4) omnes adhuc in habitu regulari (5).

19. Beatus Dominicus paucis derelictis fratribus in Tholosa, 1217
cum ultra mare ire volebat, urgentibus negociis ordinis oportuit Romam ire ad dominum papam anno domini ·M·CC·XVII°·; tunc assumpsit secum ·V· socios scilicet fratrem Tancretum, fr. Otonem, fr. Henricum, fr. Albertum et fr. Gregorium; et habitaverunt apud sanctum Sixtum. Et quia beatus Dominicus architectum, quem paries contriverat, ad vitam revocavit, similiter et parvulum filium mulieris nobilis nomine Guntrade mortuum resuscitavit, in tantam devocionem populi Romani devenit, quod cappa pre devocione precidebatur. Insuper illa miracula in populo predicare decreverat [papa], nisi sanctus dei obstitisset (6); tunc domi-

(1) Marc. XVI, 15. — (2) Ms. Manes. — (3) Ms. apeticionem. — (4) *Eodem* - ·XXX· MOPH **1**, 324 ad an. 1219. — (5) *Unde fratrem* - *regulari* Theod. n. 73-77 (p. 573). — (6) *Tancretum* - *obstitisset* Theod. n. 78-82 (p. 574).

nus papa ei obtulit plenariam auctoritatem predicandi, ampliorem quam in confirmacione ordinis contulisset.

1218 **20.** Incipiente anno domini ·M·CC·XVIII°· beatus Dominicus duos fratres misit Bononiam, scilicet fratrem Iohannem et fr. Beltrandum et unum conversum, qui dictus est frater Christianus, qui adhuc portabant habitum regularem, qui apud sanctam Mariam de Mascarella habitaverunt (1).

Eodem anno fratres iverunt stare Pergamum; et ipso anno dominus Reginaldus decanus Aurelianensis, qui rexerat Parisius annis ·V· Romam venit; qui exortacione beati Dominici et cuiusdam cardinalis introitum ordinis promisit. Interea ad mortem infirmatur, quem beata virgo visitavit et in ·V· locis quinque sensuum propriis manibus perunxit et sanitatem integram donavit. Quo audito beatus Dominicus adhuc in habitu regulari et frater devotus de ordine hospitaliorum post tres dies dominum Reginaldum visitaverunt; quibus dum narravit, quo modo sanus effectus fuisset tam subito, et ecce visibiliter in meridie coram omnibus supradictis beata virgo associata hinc Catherina, inde Cecilia supervenit, quam devotissime adoraverunt omnes. Tunc beata virgo assumpta pisside de manu Cecilie iterum magistrum Reginaldum in quinque locis, scilicet oculis, naribus, auribus, ore et manibus perunxit; deinde de manibus Katerine vestes assumens tunicam albam et capucium album et cappam nigram magistro Reginaldo ostendit dicens : « En hic est habitus ordinis tui. » Et subito disparuit,

> Dans pia regina Reginaldo munera bina
> Curam langoris (!) confert, habitumque decoris
> Qui miser es, reicis, tanta que dona dat vicis?

Et tunc ordinavit beatus Dominicus, quod in ordine post completorium diceretur salve regina, legendo tantum (2).

21. Hiis visis beatus Dominicus in tantum gaudium prorupit, quod tota illa die beate virgini gracias agere non cessavit; et statim magistrum Reginaldum habitu beate virginis induit et
*6 eum ad conventum fratrum ad sanctum Sixtum conduxit (3) * et sine mora ipse beatus Dominicus habitum regularem et deposuit et habitum beate virginis induit, quod et alii fratres fecerunt. Eadem ebdomada frater Reginaldus professsionem fecit et ascendens navim terram sanctam visitavit (4), et infra sex menses Romam

---

(1) *Incipiente - habitaverunt* Theod. n. 102 (p. 577), n. 122 (p. 581). — (2) *in ordine - tantum* Theod. n. 113 (p. 579). — (3) *Ipso anno - conduxit* Theod. n. 103-108 (p. 578). — (4) *Reginaldus - visitavit* Theod. n. 121 (p. 581).

rediit, ubi beatum Dominicum invenit, qui iam centum fratres (1) ad ordinem traxerat, qui omnes apud sanctum Sixtum commorabantur (2).

Quadam die cum frater Albertus Romanus et frater Iohannes de Galabria non portassent ad conventum nisi unum panem, accidit, quod quidam homo totus albus sicut nix (3) atque pulcerrimus scilicet Christus Ihesus in forma pauperis elemosinam a fratribus tam instanter, tam importune peteret, quod beatus Dominicus illum panem sibi dedit. Quo accepto statim evanuit; quem in spiritu beatus Dominicus agnovit ipsum esse filium virginis, et statim una cum centum fratribus refectorium intravit; sed nec in mensa erat panis nec in vegete aliquid de vino. Fratres autem omnes laudabant Deum [de] tam excellenti paupertate; stabant in mensa, leccionem mense devote audiebant, sed nullus, quid comedere posset, ante se habebat. Tunc beatus Dominicus gaudens de fratrum suorum paciencia sublevatis oculis ad celum ait : « Domine Ihesu Christe, qui hodie in forma pauperis unum panem de manu servi tui suscipere dignatus es, respice super has oves pascue tue et solitum eis pabulum tribue. » Quo dicto duo pulcerrimi iuvenes id est duo angeli cum singulis canistris panum candidissimorum refectorium intraverunt et incipientes ab inferioribus ascendendo unus a dextris et alius a sinistris cuilibet fratrum unum panem tribuerunt; similiter de vegete omnino vacua precepto beati Dominici vinum optimum emanavit; et comederunt et biberunt illi centum fratres ex illis panibus et illo vino tota illa die et altera die et tercia die; et quarta die precepto beati Dominici fragmenta collecta sunt et data pauperibus. Post paucos dies in eodem conventu sancti Sixti cum fratres nullum omnino panem in prandio haberent, iterum duo angeli in habitu mirabili, qui numquam in Roma visus est, refectorium intraverunt et duos canistros panum fratribus apposuerunt incipiendo ab inferioribus et inclinatis capitibus statim disparuerunt (4). Et tunc fuit ordinatum, quod servitores more angelorum semper ab inferioribus incipiant ascendendo et quod finito ministerio capuciis depositis reverenter inclinent et exeant.

22. Eodem anno scilicet in ·M·CC·XVIII°· beatus Dominicus 1218
cum in oracione in ecclesia sancti Sixti de Roma more suo modo stans, modo genuflectens, orasset fere usque ad mediam noctem, et ut facere consueverat omni nocte, quia omnes fratres in lectis visitabat, discopertos cooperiebat (5) et nunc illos centum fra-

(1) *centum fratres* Theod. n. 131 (p. 582). — (2) *apud - morabantur* Theod. n. 93 (p. 576). — (3) Mt. 17, 2. — (4) *Quadam die - disparuerunt* Theod. n. 131-136 (p. 582 sq.). — (5) *discopertos cooperiebat* MOPH **1**, 79.

tres in uno dormitorio quiescentes visitare disposuisset, intrans dormitorium ante mediam noctem vidit beatam virginem aureo diademate fulgentem, associatam hinc beata Katerina deferente aspersorium, inde Cecilia deferente situlam (1) aque per dormitorium transire et omnes fratres in lectis suis quiescentes aspergere; cellam autem unam non aspersit, imo hora clamidis (2) faciem suam cohoperiens illum fratrem aspicere noluit. Completa aspersione beata virgo cum descendere incepisset de dormitorio, beatus Dominicus genu flexo, licet alias ipsam vidisset, ait : « O domina, quod est nomen vestrum? » Illa respondit : « Ego sum illa regina misericordie, quam omni sero post completorium genu flexo salutatis dicentes : Salve regina ; et scias, mi Dominice, quod quociescumque dicitis : eya ergo advocata nostra, ego genuflecto ante filium meum (3) Ihesum et oro, quod iste ordo fratrum predicatorum duret in seculum seculi. » Quo dicto statim disparuit. Tunc * beatus Dominicus
* 7 ad ecclesiam rediit et in laudes divinas prorumpens gracias agebat beate virgini dicens : « Ecce tu virgo benedicta istum ordinem me vidente a filio tuo impetrasti ; ecce me vidente habitum nobis contulisti ; nunc tercio me vidente fratres in lectis aspersisti (4). » Et factus in spiritu raptus est *usque ad tercium celum* (5) et adductus fuit ante thronum, ubi beata virgo sedebat, habens cappam saphiricam, stellis ornatam ; deinde adductus fuit ante tronum Christi Ihesu, et vidit illa que non licet homini loqui. Beatus Dominicus, cum vidisset multos religiosos in celo et nullus de ordine fratrum predicatorum ibidem appareret, vehementer erubuit. Tunc dominus Ihesus ait : « O fili mi Dominice, quid aspicis? fratres ordinis tui sunt semper sub cappa virginis matris mee ; nam ipsa multum delectatur in eo, quod vos fratres predicatores habetis devocionem ad officium eius. » Et ipse Ihesus accipiens beatum Dominicum per manus duxit eum ante tronum virginis imperatricis, que elevans cappam ostendit beato Dominico fratres ordinis sui ibidem inenerrabili iocundidate consopitas. Ex quo consolatus quam plurimum ad seipsum rediit et finitis matutinis capitulum intravit omnia supradicta fratribus, numero centum, narravit et omnium corda in amorem beate virginis mirabiliter inflammavit ; tunc ad medium vocans fratrem, quem beata virgo non asperserat, diligenter examinavit et invenit, quod ille frater nichil commiserat mali, nisi quod discoopertus et inhoneste iacuerat (6).

---

(1) *Aspersorium situlam* Theod. n. 112 (p. 579). — (2) *Hora clamidis* MOPH. **1**, 44. — (3) *Quotiescumque - meum* Theod. n. 113 (p. 579). — (4) *Eodem anno - aspersisti* Theod. n. 112 sq. (p. 579). Similes visiones, quibus usus hanc narrationem compilavit cf. MOPH. **1**, p. 43, § 7, p. 79, p. 119, c. XXIV. — (5) II. Cor. XII, 2. — (6) *Et factus - iacuerat* Theod. n. 114-118 (p. 579 sq.)

23. Eodem tempore beatus Dominicus de Roma misit magistrum Reginaldum, factum suum vicarium generalem (1), Bononiam (2), qui in ecclesia sancte Marie de Mascarella cum aliis supradictis sociis habitavit.

24. Ordinante Honorio tercio beatus Dominicus in conventu 1218
sancti Sixti fecit priorem ibidem super paucos fratres fratrem Odonem, et omnes alii fratres transierunt ad sanctam Sabinam (3) anno domini ·M·CC·XVIII°· Et ordinavit dominus papa, quod omnes moniales, que erant in Roma, habitum ordinis predicatorum reciperent et in sancto Sixto unirentur; et fuerunt centum ·IV°· (4), que omnes fecerunt professionem in manibus beati Dominici ·XVI°· Kalendis Marcii in festo Valentini. Et erant presentes tres cardinales, scilicet dominus Ugolinus Ostiensis, dominus Nicholaus tituli Tusculani, dominus Stephanus de Fossa longa (5). Huic domino Stephano erat unus nepos parvulus nomine Neapoleon, qui in cimiterio sancti Sixti super equum discurrens cecidit et fractis cervicibus et corpore conquassato, statim expiravit. Quo audito dominus Stephanus caput in gremio beati Dominici fere exanimis reclinavit et ut potuit ipsum oravit, ut nepotem suum resuscitaret. Tunc beatus Dominicus cum tribus cardinalibus sacristiam intravit et missam celebravit; et dum corpus Christi in manibus teneret, elevatus est in aere per unum cubitum; et finita missa corpus pueri in lecto nobili in medio sacristie collocatur. Mater pueri se totam discerpebat; illi tres cardinales fortiter plorabant et beatus Dominicus iuxta lectum pueri se collocans orare cepit. Et iterum videntibus omnibus cardinalibus et fratribus et secularibus iterum in aere per unum cubitum est elevatus; et tandem facta est hora nona et tunc voce magna clamavit beatus Dominicus dicens: «Neapoleon, tibi dico, surge.» Et statim puer, qui a mane usque ad nonam mortuus iacuerat, exsurrexit et a patruo suo scilicet domino cardinali cibum peciit (6). Ex hoc stupefacti sunt tam cardinales, quam dominus papa Honorius tercius, et similiter tota civitas Romana; et nisi beatus Dominicus obstitisset, dominus papa volebat ista miracula in populo predicare (7). — Ubi nota, quod unus ex supradictis tribus cardinalibus scilicet dominus Ugolinus Ostiensis postmodum papa factus (8), dictus est Gregorius ·IX^us·, qui beatum Dominicum canonizavit. * ·7·

(1) Cf. MOPH 1, 25, c. V. — (2) Cf. Theod. n. 121 sq. (p. 581). — (3) *et omnes - Sabinam* Theod. n. 93 (p. 576). — (4) Cf. Theod. n. 140 (p. 583). — (5) *nova* Theod. — (6) *Et ordinavit - petiit* Theod. n. 82-93 (p. 574 sq.). — (7) *Et nisi - predicare* Theod. n. 79 (p. 574). — (8) *dominus - factus* Theod. n. 122 (p. 581).

25. Cum autem sub beato Dominico ordo in Roma mirabiliter multiplicaretur, ut in uno monasterio ordinis essent centum quatuor sorores et duo conventus ultra centum fratres continentes, beatus pater Dominicus ipsos fratres dispersit per diversas partes mundi. Et post quinque dies a resuscitacione Neapoleonis imago beate virginis quam sanctus Lucas depinxit, pro qua angeli cantaverunt : Regina celi letare alleluia, ad monasterium sancti Sixti portatur, et erat tunc prima dominica ·XL^{e}· (1). Et in sequenti dominica beatus Dominicus in publica predicacione de quadam muliere eiecit septem demonia; que monasterium sancti Sixti ingressa, dicta est soror Amata; et similiter tres sorores eiusdem monasterii febricitantes solo verbo curavit; quarum nomina sunt hec, scilicet soror Theodora, soror Tedramia, soror Nimpha (2).

Quadam vice dum beatus Dominicus de itinere veniens cum triginta fratribus secum, facta iam nocte, ad monasterium sancti Sixti, ubi erat eciam conventus fratrum, declinavit; quo facta omnibus sororibus predicacione, presentatus fuit ei (3) ciphus vini, de quo bibit ipse et triginta fratres socii sui, qui de itinere venientes erant valde sitibundi, et nichil omnino de vino in cipho est diminutum; biberant similiter centum ·IIII· sorores et nichil omnino fuit diminutum; et fuit mirabilis amiracio. Et inter hec subito sancto patri per sanctum spiritum fuit revelatum, quod in conventu sancte Sabine unus novicius, nomine frater Iacobus, illa nocte disposuerat exire ordinem; unde socios duos assumpsit, scilicet fratrem Tancredum et fratrem Odonem, priorem dominarum illarum, et venit ad conventum sancte Sabine et inveniens portas clausas, nolens fratres inquietare ante portam prostratus cum sociis orabat, ut sine fratrum inquietudine ingredi posset. Mira res! Statim interius sic se prostratos, sicut erant deforis, se invenerunt; et intrantes chorum hora matutinali ultra modum fratres obstupuerunt, et sic novicium suis mellifluis verbis in ordine confirmavit. Sequenti die ad sanctum Sixtum rediit, ubi predicans sororibus de fallaciis diaboli, subito diabolus in figura lacerte horribilis habentis duo capita in medio sororum apparuit; quam admirans beatus Dominicus ad eius preceptum in aquam seipsam submersit (4).

1219 **26.** Eodem anno scilicet in ·M·CC·XIX^{o}· beatus Dominicus de Roma in Ispaniam vadens duos conventus ibidem fecit (5). Et dominus Ugolinus Ostiensis factus legatus in Italia Bononiam venit (6). Ad cuius

---

(1) *Imago - portatur* Theod. n. 84 (p. 575) et 95 (p. 576). — (2) *Et in - Nimpha* Theod. n. 98-101 (p. 577). — (3) Ms. eius. — *Quadam vice - submersit* Theod. n. 139-146 (p. 583 sq.) — (5) *Eodem - fecit.* MOPH **1**, 324 ad an. 1218. — (6) *Et dominus - venit* lc. p. 25 nota 20.

procuracionem presbyter Rodulfus capellanus sancti Nicholai ecclesiam suam et seipsum fratri Reginaldo contulit et ultra modum ordo in Bononia cepit multiplicari, dante favorem domino legato, qui fuerat presens, quando beatus Dominicus resuscitavtt Neapoleonem supradictum (1). Unde unus capellanus legati intravit ordinem et magister Rolandus, qui Bononie regebat, magister Clarus, qui erat licenciatus in iure canonico et in artibus et erat penitenciarius pape, magister Moneta, qui erat super omnes magistros mundi famosissimus, similiter intraverunt ordinem. Tunc magister Reginaldus, beati Dominici vicarius in Bononia, fratrem Rolandum Cremonensem misit Parisius ad legendum in theologia, et fuit primus lector, quem ordo noster habuerit (2). — In isto tempore multa contigerunt in Bononia sub magistro Reginaldo (3); nam quadam vice post completorium cum · XXX · fratres in ecclesia orarent, unus, qui unum peccatum mortale numquam fuerat confessus, per pedes a diabolo trahitur per totam ecclesiam, qui nec oracione nec aqua sancta fratrem dimittebat; sed advenienti magistro Reginaldo ille novicius peccatum confitetur et statim diabolus aufugit. Ubi nota, quod in tanto clamore fratris, in tanto eiulatu nec unus frater aliquod verbum ex ore protulit, tantum erat studium in corde omnium fratrum silencii (4). — Item quidam frater Bernardus propter indiscretas * abstinencias et quia alios gulosos diudicabat demo- · 8
niacus est effectus; qui mirabiles molestias fratribus intulit; de quo multo narrat magister Iordanis in libello de inicio ordinis, qui incipit : *Filiis gracie et coheredibus glorie et cetera* (5). Item in eodem conventu quidam frater servitor infirmorum carnes occulte comedebat et in uno morsello carnis diabolum transglutivit et factus est demoniacus (6). — Eodem anno magister Reginaldus ivit Parisius, ubi infirmatus per fratres de unctione extrema invitatur; qui ait : « Ego mortem non timeo, sed cum gaudio expecto; mater siquidem misericordie me rore celesti inunxit; sed ne videar hanc ecclesiasticam unctionem contempnere, placet michi et eam peto ». Quo inuncto more fratrum moriencium in cinere positus fuit et coram positis fratribus et orantibus obdormivit in domino anno domini · M · CC · XX° : et sepultus est apud sanctam Mariam de Campis, quia 1220
fratres non habebant proprium cimeterium (7), multis clarus miraculis.

27. Nunc redeamus ad hystoriam beati Dominici : nam sicut

(1) Cf. supra n. 24. — (2) *ad cuius - haluerit* Theod. n. 122, 128 sqq. (p. 581 sqq.); cf. MOPH **1**, p. 19, 26, 21, 25. — (3) cf. Theod. p. 123 sq. (p. 681). — (4) *quadam - silencii* MOPH **1**, p. 166 § II, Theod. n. 259 p. 602. — (5) *Item - glorie* MOPH **1**, 326; cf. lc. p. 196 § V. — (6) *Item - demoniacus* lc. p. 81 C. XXII.; cf. Theod. n. 188 (p. 591). — (7) *Eodem - domino* MOPH **1**, 24 : c. II § 1, Theod. n. 162 p. 587.

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

1219 supra dictum (1) est, in · M · CC · XIX° · beatus Dominicus de Roma transivit in Ispaniam, ubi duos conventus instauravit; et transiens per Tholosam, ubi primum conventum ordinis erexerat, invenit ibidem tantummodo octo fratres, qui in toto conventu non habebant nisi unum sciphum vini. Quibus compassus unum magnum vas impleri iussit aqua, illud modicum vini superinfudit; et statim illa tota aqua in optimum vinum conversa fuit (2).

De Tholosa assumpsit secum fratrem Beltrandum, et venientes ad rupem Amatoriam plures theutonici peregrini per viam ei faciebant expensas. Qui ait socio : « Gravor in consciencia elemosinas recipere ab istis Theutonicis, quibus nescio spiritualia seminare ». Sed fusa oracione cepit loqui theutonicum purissimum per quatuor dies continuos, et precepit socio, quod in vita sua nulli hoc revelaret (3).

De rupe Amatoria veniens Parisius cum pluvia permaxima descenderet, ipse facto signo aqua nec eum nec socios tangebat, cum tamen circumstantes partes fortissime irrigaret. Et veniens Parisius ibidem triginta fratres invenit; et transiens de Parisius in Cathelanum (4) puerum mortuum resuscitavit et matrem pueri febricitantem dato ei morsello anguille totaliter sanavit (5). Et perveniens ad Alpes Italie, cum frater Iohannes conversus, socius eius, pre lassitudine et fame deficeret, beatus Dominicus premissa oracione ait ei : « Fili, surge et per iactum lapidis quere et invenies panem candidissimum mappis albissimis involutum et comede quantum sufficit tibi, et residuum in mappis repone ». Frater ivit et panem invenit et comedens plenarie fortificatus fuit. Cui ait frater Iohannes : « O pater, quis tam candidissimum panem in his montibus desertis nobis misit? » Respondit beatus Dominicus : « Nequaquam amplius inquiratis, sed agite gracias Deo » (6).

Aliquibus diebus apud Pergamum mansit et vadens Bononiam et intrans planam Lombardie transivit Romam et unicuique sorori de sancto Sixto unum coclear de cipresso donavit. Et predicans sororibus diabolus in figura passeris inter sorores volitare cepit. Tunc soror Maximilla de precepto beati Dominici passerem arripuit et beato Dominico attulit, quem totaliter deplumavit et abiciens ait : « Recede, inimice humani generis ». Qui gariens et clamans super lampadem, que pendebat ante altare beate virginis advolavit, lampadem evertit et per cathenulas evanuit. Mira res! Lampas plena oleo stabat eversa in aere, attamen nec una gutta olei

---

(1) cf. n. precedentem. — (2) *In Ispaniam - fuit* Theod. n. 149 (p. 585) cf. MOPH **1**, p. 74, c. V. — (3) *De Tholosa - relevaret* Theod. n. 150-153 (p. 585) cf. MOPH **1**, p. 74, c. X. — (4) i. e. *Castilionem*. — (5) *De rupe - sanavit* Theod. n. 155-157, MOPH **1**, (p. 66) c. XII. — (6) *Et perveniens - Deo* MOPH **1**, p. 72, c. VIII.

est effusa, et tunc fratres et sorores cognoverunt, quod erat diabolus, et gracias Deo egerunt (1).

Quadam vice dum ipse beatus Dominicus studeret in dormitorio sancte Sabine, diabolus in figura symie astitit deridens eum. Cui precepit dicens : « Tene hanc candelam ante me ». Quod et fecit et tantum tenuit, quod totum digitum indicem combussit. Qui ululans et gemens pete*bat licenciam recedendi; tunc beatus Dominicus cum ferula, quam semper portare consueverat, ipsum percussit et insonuit vox quasi utrem plenum vento percussisset, et fetorem terribilem dimittens evanuit (2). *8

28. In eodem dormitorio quidam novicius devotissimus, dum ante lectum suum oraret ante matutinas, vidit tres angelos in habitu fratrum, quorum unus portabat crucem, alter unam situlam plenam aqua benedicta, alter cum aspersorio aspergebat omnes cellas. Demum unus angelus ait alteri angelo : « Ecce nos expulimus omnes demones de isto dormitorio, et quis expellet demones de ecclesia et infirmitorio et claustro, et refectorio et aliis officinis. » Respondit ille angelus : « Multi angeli missi sunt sunt a domino, qui alias domos circumeunt et inde adversarios expellunt » (3).

29. Quidam frater nomine Romanus vir devotissimus, dum oraret in cella sua ante matutinas vidit beatam virginem associatam aliquibus intrare dormitorium et omnes fratres signare manu sua sanctissima; et quia unus, qui fuerat nimis in seculo delicatus, sine cingulo et caligis lectum intrasset et propter estum nunc unum humerum nunc alium extrahebat, beata virgo eum non signavit, sed hora clamidis vultum cooperuit. Sequenti die frater Romanus illum fratrem vocavit et omnia supradicta narravit. Qui compunctus altera vice caligas et cingulum assumpsit et sub pannis more fratrum quievit; et ipsa nocte vigilante fratre Romano et orante vidit beatam virginem ipsum fratrem et omnes fratres consignantem et illum fratrem sicut alios benedicentem (4).

30. Quidam frater devotus vidit in ipso conventu Romano, dum prior in festo pascatis missam celebraret, quod hora communionis quatuor angeli in forma iuvenum pulcerrimorum lintheum albissimum tenerent extensum ante omnes fratres, donec fuerint omnes communicati (5).

31. Honorius tercius anno domini · M · CC · XIX° · a confirmacione ordinis · V° · die · XVII · madii dedit beato Dominico plenum 1219

(1) *et unicuique - egerunt* Theod. n. 146 (p. 584) — (2) *Quadam - evanuit* Theod. n. 147 (p. 585). — (3) *In eodem - expellunt* MOPH **1**, p. 45 § VI. — (4) *Quidam - benedicentem* MHPH **1**, p. 43 § VII. — (5) *Quidam - communicati* MOPH **1**, p. 35 § X.

auctoritatem super totum ordinem. Qui venit Bononiam et invenit magnum numerum fratrum in conventu Bononie. Et mandavit, quod fratres de singulis provinciis mitterentur Bononiam in sequenti anno, ut primum capitulum generale ibidem celebra-
1219 retur. Ipse autem in illa estate anni domini · M · CC · XIX° · multa digna memoria fecit; nam fratrem supradictum, qui in comestione carnis fuerat factus demoniacus, a transgressione absolvit et statim liberatus fuit (1).

32. Item quidam conversus in civitate sine licencia et sine signo crucis bibit, et demon in specie bibionis vino se immiscens corpus eiusdem intravit. Qui rediens domum, dum a demone vexaretur, vix eum · X · fratres portare potuerunt usque ad ecclesiam; in ingressu ecclesie tam fortiter exsufflavit, quod omnes lampades extinxit. Tunc adiuratus demon per beatum Dominicum, quare intrasset corpus fratris, respondit : « Quia in civitate bibit heri sine licencia et sine signo crucis ». Facto signo ad matutinas ait demon : « Modo oportet me recedere, quia cappuciati veniunt ad laudandum Deum. » Et statim exivit (2).

33. Quadam vice invenit in ipso conventu Bononie diabolum circumeuntem totam domum. Cui ait beatus Dominicus : « Quid circuis ? » Respondit : « Quero, circumeo, ut si quem devorem ex fratribus tuis ». Ait beatus Dominicus : « Quid lucraris in choro ? » Respondit : « Quia facio eos dormire, silencium frangere, tarde venire, cito exire ». « Et in refectorio quid lucraris ? » Respondit : « Facio eos comedere aliquando nimis, aliquando eos facio nimis ieiunare ». « Et in dormitorio quid lucraris ? » Respondit : « Stimulo eos libidine,
* 9 facio eos tarde surgere, ab officio remanere ». * « Et in locutorio quid lucraris ? » Respondit cachinnando : « Ille locus est totus meus; nam rumores et verba proferunt in ventum ». Tandem beatus Dominicus traxit eum ad capitulum et ait : « Quid hic lucraris ? » Respondit : « Hic locus est meus infernus, quia quicquid lucror in ebdomada hic in una hora perdo, quia hic fratres se accusant sepius, confitentur et absolvuntur; unde hanc domum super omnes ego detestor » (3).

34. Alia vice in ipso conventu Bononiensi invenit beatus Dominicus diabolum ad lampadem dormitorii, qui cum manicis ferreis cedulam in manu tenens legebat. Supervenit beatus Dominicus et ait : « Quid legis ? » Respondit demon : « Lego peccata fratrum tuorum ». Tunc violenter cartam de manu eius abstulit et visis fratrum defectibus eos karitative correxit (4).

---

(1) Cf. supra n. 26. — (2) *Item - exivit* MOPH **1**, p. 197, c. XVI § III. — (3) *quadam - detestor* MOPH **1**, p. 78 c. XVI, Theod. n. 174-176 (p. 589). — (4) *Alia vice - correxit* MOPH **1**, p. 79 c. XVII, Theod. n. 173 (p. 588).

35. In eodem conventu cum fratres in prandio non haberent quicquid panis, facta oracione dum totus conventus staret in mensa sine cibo, duo angeli intraverunt refectorium in specie duorum iuvenum, quorum unus cuilibet fratri unum albissimum panem dedit, alter ficus siccas in habundancia fratribus tribuit; qui inclinatis capitibus exierunt (1).

36. Altera vice cum in toto conventu non essent nisi duo panes, ipsos frangi iussit et fratribus unum bolum pro quolibet dari, sed in tantum illa frusta sunt augmentata, quod servitores circuibant et iterum circuibant, et comederunt omnes fratres quantum voluerunt; et superaverunt fragmenta maiora, quam essent panes, qui fuerunt appositi. Et cum fratres in conventu aquam biberent, [et] eciam infirmis omnino vinum defuisset, et hoc infirmarius beato Dominico intimasset, ipse oracionibus impetravit vas, quod erat omnino vacuum, optimo vino adimpleri (2).

In eodem anno scilicet ·M·CC·XIX°· beatus Dominicus ad 1219
ordinem recepit fratrem Iacobum de Modoecia et fratrem Rubaldum Albiganensem, quos misit Mediolanum; qui fere per unum annum hospitati sunt apud sanctum Nazarium, ubi tunc illi canonici habitum regularem portabant. Et sequenti anno die ·XV· marcii data fuit eis ecclesia sancti Eustorgii et die ·X· postquam fratres in Mediolano intraverant ecclesiam beati Eustorgii, frater Iordanis intravit ordinem (3).

37. Anno domini ·M·CC·XX°· die ·XVII· madii congregatis 1220
universis fratribus apud Bononiam primum capitulum fuit celebratum sub beato Dominico, ubi ipse fecit multas sanctissimas constituciones. Nam quia audivit, quod fratres in partibus Tholosanis et in Francia et in partibus Albigensibus haberent castra et possessiones et cum largis expensis equitaturis discurrerent et quod habitum beate virginis non portarent, sed superpelliciis uterentur, multum turbatus fuit, et ordinavit, quod possessiones quondam recepte monialibus de Cistello donarentur (4), et quod de cetero nulla possessio, nulli redditus reciperentur (5), et quasdam possessiones precii quingentarum librarum donatas conventui Bononie per dominum Hildericum Galiciani renunciavit et cartas laceravit (6), et quod fratres viverent de helymosinis (7), ordinavit. Hanc summam

(1) *In eodem - exierunt* Theod. n. 168 (p. 587). — (2) *Altera vice - adimpleri* Theod. n. 186 sq. (p. 589). — (3) Ingreditur fr. Iordanis ordinem die XII februarii 1220, MOPH **1**, 182 nota *a*. — (4) *fratres - donarentur*. AASS n. 29 sq. (p. 634); cf. lc. p. 492 n. 699 sqq. — (5) *et quod - reciperentur* MOPH **1**, a. 325 ad an. 1220. — (6) *et quasdam - laceravit* AASS n. 40 p. 636. — (7) *fratres - elemosinis* AASS n. 30 p. 734.

atque perfectam paupertatem exhausit beatus Dominicus ex libro, qui dicitur Philosophia monacorum sive collacionum patrum. Inquit abbas Moyses collacione prima, cap. ·VI°· : Multi monachi et religiosi, qui in seculo reliquerunt magnas possessiones et divicias, et facti religiosi turbantur, si aufertur ab eis una penna seu unum graphium aut una acus; unde probatur evidenter, quod perfecta paupertas seu nuditas non est in dispersione rerum tantum, nisi adfuerit et karitas Unde apostolus (1) : *Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum et tradidero corpus meum,* 9 *ut ardeam, karitatem autem* non habuero, nichil michi prodest.* Ibidem : Multi religiosi tanto zelo gubernant libros, ut non permittant, quod aliquis alius frater illos legere possit; unde acquirunt penas inferni et mortis stipendia, de quo precipitur eis karitatis et paciencie stipendia acquirere (2). Et abbas Pannucius cap. ·X°· : Nichil prodest abrenunciacio corporalis nisi et cordis abrenunciacio optineatur, que profecto sublimior est et utilior (3). Et cap. ·X°· : Abrenunciabit quis possessionibus, sed quia extranea sunt a nobis, parum valet, nisi abrenunciet voluntati habendi; et postea Deo adiuvante, in tantum proficit, quod quidquid videt, despicit tamquam vanitates, que statim evanescunt; et tunc audit dominum sibi dicentem : *veni in terram quam monstravero tibi* (4). (5) Et abbas Daniel capitulo ·XXI°· : Multi religiosi non audentes congregare pecuniam, tamen congregant libros, sportellas, sacculos et talia vilia, que tanto zelo custodiunt, quod turbantur, si quis eas tangere voluerit; quid enim differt, utrum quis perturbacionem cupiditatis erga amplas possessiones an erga viliores exerceat species. Ideo pauper non potest dici, quia non abiecit divitis voluntatem (6) — Et abbas Isaac collacione prima cap. ·V°· : Secundum regulam seniorum, quicquid est ultra necessitatem cotidiani victus, pertinet ad curam secularem, ut habens unum solidum denariorum auget secundum et tercium, et habens duas tunicas querit adponere terciam; similiter curiosas edificare cellas, quod non sine demonum suggestione fieri est certum; et ponit exemplum de patre sancto, qui vidit diabolum adiuvantem monachum volentem ampliare cellam suam (7). — Et abbas Piamon cap. ·VII°· : Religiosi qui in crastinum sibi congregant, deum mendacem aut inopem credunt, qui cotidianam victus et vestium sufficienciam nobis donare promisit; et infra : Quidam continue laborant et omnia conventui que lucrantur tribuunt, et sic rebus temporalibus omni die nudant seipsos et renovant et per consequens numquam suas explent

---

(1) I Cor. 13, 3. — (2) *Multi - acquirere* CSEL XIII **1**, 6 (p. 12). — (3) *Nichil - utilior* lc. III, 7, p. 77. — (4) Gen. 12, 1. — (5) *Abrenunciabit - tibi* lc. III, 18, p. 81 sqq. — (6) *Multi - voluntatem* lc. IV, 21 (p. 116 sq.). — (7) *Secundum - suam* lc. VIII, 6 (p. 266 sq.).

voluptates. Isti in eo quod pauperibus elargiuntur, improvide semper elabuntur (1). — Et abbas Iohannes cap. ·XII°· : Si frater petierit a te librum aut quicquid sit illud et tu aut negaveris vel dando contristatus fueris, dubium non est, quod adhuc avaricie laqueis detineris. — Et abbas Theonas collacione prima cap. ·V°· : *Beati pauperes spiritu* (2) etc. Non enim tam laudabile est ab illicitis, quam si eciam a licitis temperemus, ut eis propter Christi reverenciam non utamur, qui ea nobis propter infirmitatem nostram utenda permisit (3) : unde apostolus : « Omnia michi licent, sed non omnia expediunt » (4). — Et abbas Abraam cap. ·XII°· : Maiorum nostrorum diffinicio habet : omnia, que lucrari possumus, ad conventum reportare (5) ; unde Aggeus propheta : *Qui mercedes sibi congregat, mittit eas in saccum pertusum* (6). — Et abbas Pynufius cap. penultimo : Abrenunciacio est indicium crucis et mortificacionis, sicut videmus, quod peccator suspensus in cruce non cogitat de crastino, non de presentibus, non de congregando quicquam ; quod similiter faciens religiosus accipit crucem suam et sequitur Christum. Hic iam vivit, sed non vivit, imo vivit in ipso Christus (7).

Quid autem in libro exhortacionum super hoc sancti patres senserint, audiamus. Nam quidam senator palacii imperialis volens monachus fieri cunctas divicias pauperibus erogavit, sed tamen solidos sibi retinuit. Et veniens ad abbatem Basilium sibi, quod fecerat, enarravit. Cui ait abbas : Confiteor, quod senatorio statui renunciasti, sed quia solidos tibi retinuisti, te monachum nondum fecisti (8). — Et alius miles volens fieri monachus cuncta pauperibus erogavit, sed aliqua sibi retinuit. Cui ait abbas Antonius : « Nudus perge ad macellum et eme frustum carnis ; quo imposito humeris veni ad me. » Quod ille statim adimplevit. * Sed · 10
canes ipsum undique lacerabant. Cui ait abbas Antonius : « Quicumque religiosus vult mundo renunciare et tamen aliqualem pecuniam servat, sic a demonibus laceratur et discerpitur (9) ; unde oportet omnia abicere (10). »

38. Nunc quid in constitucionibus beati Dominici contineatur audiamus. Inquit enim distinctione prima cap. ·XV°· ; Novicii in suo noviciatu de debitis se expediant et omnio alia ad pedes prioris ponant, ut se ex toto absolvant. Similiter alii fratres omni anno sibi commissa priori suo exponant pariter et exhibeant, eorum disposicioni relinquendo (11). Quicumque frater pecuniam vel alia quecumque

---

(1) *Religiosi - elabuntur* lc. XVIII 7 (p. 515). — (2) Matth. 5, 3. — (3) *Beati - permisit* lc. XXI 5 (p. 577 sq.). — (4) I, Cor. 10, 23. — (5) *Maiorum - reportare* lc. XXIV, 12 (p. 687). — (6) *Aggeus - pertusum* lc. 13 (p. 690). — (7) *abrenunciacio - Christus* CSEL. XVII, lib. IV, c. XXXIII, p. 72, cf. Gal. 2, 20. — (8) cf. VP[1], p. 890 (583). — (9) *discempitur* ms. — (10) cf. lc. p. 88 (581 sq.). — (11) *Novicii - relinquendo* ALKM **5**, p. 543.

receperit vel habuerit vel expenderit vel dispensaverit vel dispensari fecerit, reddat omni anno racionem suis maioribus vel pluries, si fuerit requisitus; unde magister diffinitoribus capituli generalis, provincialis diffinitoribus capituli provincialis, prior conventualis suo provinciali aut visitatori; ceteri fratres priori conventuali. Et distinctione secunda cap. ·I°· dicitur : Possessiones seu redditus nullomodo recipiantur nec ecclesie, quibus animarum cura sit annexa (1). Et eadem distinctione cap. ·X°· habetur : Que constitucio inviolabiliter et immutabiliter observetur, videlicet de possessionibus seu redditibus nullatenus recipiendis (2).

39. Secunda constitucio est, ut habetur distinctione ·II^{a}· cap. ·XIII°·. Quod frater vadens ad predicandum vel pro quacumque alia causa non portet nec recipiat aurum aut argentum aut pecuniam aut munera, excepto victu et necessariis indumentis et libris; si quis autem aliquid receperit de predictis, teneatur prelato suo, cum redierit, libere presentare. Non recipiant a mulieribus munuscula, nec sint dispensatores alienarum rerum vel pecuniarum, nec deposita recipiant nisi librorum aut paramentorum ecclesiasticorum (3).

40. Et distinctione prima cap. ·XVIII°· habetur : Si quis rem sibi collatam receperit de his, que prohibentur recipi, sit privatus omni voce nisi in sua accusacione, non predicet, non dicat missam, non veniat ad osculum pacis. Nullus sibi audeat se adiungere, (dum) in medio refectorii comedat panem grossiorem et aquam, et penam faciat graviori culpe debitam (4). — Exemplum : Fuit in conventu Bononie frater, qui unum pannum vilem sive sudarium sine licencia recepit. Quo audito frater Reginaldus, vicarius conventus, pulsari fecit ad capitulum et [in] conspectu tocius conventns ignem in medio capituli accendi fecit per (5) pannum combussit et fratrem tam fortiter disciplinavit, quod alii fratres moverentur ad fletum. Ipse quoque pius pater lacrimas profundens ait : « Domine Ihesu Christe, qui famulo tuo Benedicto dedisti virtutem per (5) disciplinam expellere de corde sui monachi demonis aculeum, da queso, ut huius virtute discipline ab istius fratris anima temptacio diabolica expellatur. » Tunc frater surgens ait : « Tibi gracias ago, pater, quia sensi diabolum quasi serpentem a renibus meis exire (6). »

41. Et eadem distinctione eodem cap. sub eisdem penis habetur : Si quis rem sibi collatam celaverit, quem beatus Augustinus (7) furti iudicio dicit esse condempnandum (8). Exemplum : Quidam frater de

---

(1) *Possessiones - annexa* lc. p. 549. — (2) *Que - recipiendis* lc. p. 559. — (3) *Quod - ecclesiasticorum* lc. p. 561. — (4) *Si quis - debitam* lc. p. 546 sq. — (5) *et* ms. — (6) *Fuit - exire* MOPH **1**, p. 152, c. II § I. — (7) *in regula*. — (8) *Si quis - condempnandum* ALKM **5**, p. 546.

conventu Bononie vadens Favenciam recepit solidos ·XL· et unam corrigiam sine licencia ; quem demones ante matutinas de lecto in quandam vineam asportaverunt et plures palos vinee super dorsum eius fregerunt et semivivum reliquerunt, plenum plagis in capite et facie et manibus. Quem post matutinas fratres reportaverunt, et vix sanari potuit (1).

42. Et distinctione ·II^{a}· cap. ·XIII^{o}· habetur : Quod frater vadens ad predicandum vel pro quacumque alia causa extra domum pecuniam nec aurum nec argentum portabit (2). Exemplum : Beatus Dominicus obviavit fratri cuidam in itinere et in spiritu sancto agnovit, quod non ambularet regulariter, imo pecuniam portabat. Unde iussit, quod statim illam pecuniam abiiceret, et penitenciam condignam illi fratri iniunxit (3).

Et distinctione ·II^{a}· cap. ·XIII^{o}· ubi prohibetur, quod fratres nichil recipiant, similiter prohibetur nichil dare (4). Exemplum : Quedam priorissa dedit duos sotulares cuiusdam fratris defuncti cuidam peregrino absque licencia prioris. Et ipsa nocte frater defunctus apparuit illi, que donaverat sotulares, * dicens : « Redde michi ·10· sotulares meos. » Similiter apparuit peregrino iniungens ei dicens : « Reporta sotulares ad locum suum. » Et sic conventus eos habuit (5).

43. Item in ipso eodem primo capitulo generali beatus Dominicus volens, quod fratres clerici forcius studio intenderent, ordinare disposuerat, quod fratres conversi in administracione et exhibicione rerum temporalium super clericos essent; quod diffinitores non acceptaverunt, ne contingeret, quod contigit ordini Grandemontensi, qui propter talem ordinacionem destructus fuit (6).

44. Item ordinavit, quod omnes fratres vilibus vestibus uterentur ; unde ipse scapulare vilissimum portabat, nec in presencia episcoporum aut baronum cum capa cohoperire volebat (7). Unde distinctione ·I^{a}· cap. ·X^{o}· habetur, quod fratres utantur vilibus vestibus et quod vilitas pocius in capis observetur. Fratres non habeant ultra tres tunicas cum pellicio in yeme vel quatuor sine pellicio. Tunica sufficit, si descendit usque ad cavillam pedum et scapulare cooperiat genua et capa sit brevior tunicis (8). Exemplum : Quidam magister satis timens pluviam capam accepit et tota die per vicos et plateas ridendo portavit. Illa nocte febre acuta corripitur, et vox de celis ad eum facta est tribus vicibus : « Credisne tu,

---

(1) *Quidam - potuit* MOPH **1**, p. 198 c. XVI § I. — (2) *Quod - portabit* cf. not. ad n. 40, p. 26. — (3) *Beatus - iniunxit* MOPH **1**, p. 153 § 3. — (4) *ubi - dare* cf. not. 3 p. 26. — (5) *Quedam - habuit* MOPH **1**, p. 299 § VI. — (6) *Item - fuit* AASS lc. p. 634 n. 30 cf. Theod. n. 194 (p. 591) et AASS p. 492 n. 702 sqq. — (7) *Item - volebat* lc. p. 638 n. 49. — (8) *fratres - tunicis* ALKM p. 549.

quod ego velim habere in honore tantum personas fratrum predicatorum? imo volo, quod vestes et habitus eorum in reverencia habeantur; et quia tu irreverenter ipsum tractasti, ideo punieris. » Quo audito cum magna reverencia habitum recepit et in ordine cum multa edificacione vixit (1).

45. Item in omnibus suis visitacionibus satagebat introducere, quod fratres ubique parvas et humiles domos haberent. Unde cum ordinasset in conventu Bononie, quod celle essent parve et stricte, sicut supra dictum est de conventu Tholosano, et in absencia sua celle elevarentur et dormitorium in altum erigeretur, cum pius pater Bononiam rediisset, videns opus illud lacrimari cepit dicens : « Numquid vultis tam cito paupertatem relinquere et palacia construere? » Et iussit totum opus dimitti (2). Unde distinctione · II[a] · cap. · I° · habetur : Mediocres domos et humiles habeant fratres nostri, ita quod murus domorum sine solario non sit alcior · XII · pedibus vel cum solario · XX · pedibus; ecclesia triginta. Qui vero contrarium fecerit, est privatus omni voce, omni predicacione, omni confessionum audicione (3) et cetera que continentur in capitulo de graviori culpa (4); eandem culpam incurrit quicumque facit curiositates in domibus et notabiles superfluitates in picturis, pavimentis et sculpturis. — Exemplum : Quidam frater antiquus in conventu Bononie, qui circa edificia fuerat nimis curiosus, mortuus est. Quem ipsa nocte frater a longinquis partibus existens, vidit per claustrum fratrum ire more bestie quadrupedis, quia cum pedibus et manibus perreptabat et virga mensurabat claustrum; et duo demones a dextris et a sinistris eius eum durissime verberabant. Facto die frater hoc socio narravit, asserens quod ille frater migrasset. Postea invenerunt, quod ipso die mortuus erat. Post aliquod tempus eidem fratri fuit revelatum quod ille frater de penis evaserat meritis beati Nicholai et Dominici, quibus devotus fuerat (5). Item in eodem libro : In conventu Tholosano quidam frater Gaylardus, qui nimis fuerat sollicitus circa edificia, obiit. Ipso die cuidam fratri suo devoto in distancia · VI° · dietarum in habitu diaconi cum dalmatica habens faciem clarissimam et collum auro ornatum; et videbatur predicare populo. Cui ait frater vivus : « Nonne vos estis frater Gaylardus? » Qui respondit : « Utique, sed mortuus sum hodie in Tholosa. Facies mea est clara propter confessionem puram, quam feci; collum meum est ornatum propter zelum animarum, quem habui. » Deinde per manicam dalmatice ostendit

---

(1) *Quidam - vixit* MOPH **1**, p. 187 § VIII. — (2) *frater - dimitti* AASS n. 49 sq. (p. 638). — (4) *mediocres - audicione* ALKM p. 549. — (4) lc. p. 546. — (5) *Quidam - fuerat* MOPH **1**, p 280 § VIII.

sibi latus et pectus combustum ut carbo nigerrimus; et ait : « Hoc pacior, * quia fui nimis distractus circa edificia; sed si fratres ·II oraverint pro me, quam cicius liberabor. » Tunc prior provincialis oraciones iniunxit per totam provinciam fieri pro eo (1).

48. Item ordinavit beatus Dominicus in hoc capitulo generali, quod in omnibus et per omnia paupertas eluceret, ut non solum fratres haberent viles domos, viles vestes, imo viles discos ad legendum (2) et cellas arctas sine hostiis, quarum murus anterior altitudinem cervicalis lecti non excederet, ut frater existens in lecto a transeuntibus videri posset a capite usque ad pedes. In cellis habebat quilibet frater ymaginem beate virginis et ymaginem crucifixi, ut orantes aut legentes vel iacentes ipsas inspicerent et ab ipsis inspicerentur oculo pietatis (3). Nam ymago crucifixi est liber de arte amandi, liber vite expansus, ad quem oculos oportet levare sepius, unde veniat auxilium nobis (4). Unde distinctione ·II^{a}· cap. ·XIV^{o}· : In cellis vero orare poterunt, scribere, legere, dormire, eciam de nocte ad lumen vigilare propter studium. Quod si aliquis infructuosus inveniatur in studio, cella eius detur alteri et ipse aliis officiis occupetur (5). Et distinctione ·I^{a}· cap. ·XVI^{o}· habetur, quod levis culpa est, si quis in dormitorio aut in cellis aliquod inquietudinis fecerit (6). Ad hoc nos provocant exempla sepius posita, quia angeli, beata virgo cellas aspergunt et signant.

47. Secundum Cassianum in libro collacionum : Celle sanctorum patrum erant communiter depressiores statura humana, latitudo erat ·IV^{or}· pedum, longitudo autem quantum poterat corpus extendi vel aliquid plus, et dicebatur monasterium quasi unum stringens monachum; in circuitu erant fenestrule parve pro contemplacione celestium, secundum illud (7) : *Quasi columbe ad fenestras suas*, quibus visibiliter columbe celestes sepius coniungebantur, nunc cum ipsis psallendo, nunc eis panem de celo deferendo, nunc eos in spiritu usque ad tercium celum rapiendo (8).

48. Nunc de virtute celle secundum librum exhortacionum audiamus : Quidam monachus cupiens fieri sanctus cogitabat, que via cicius ipsum perfectum monachum faceret. Unde interrogabat abbatem Moysem dicens : « Que est via salutis? » Respondit senex : « Fili, sta in cella et non exeas sine magna necessitate, et

---

(1) *In conventu - pro eo* lc. p. 282. — (2) *ordinavit - legendum* AASS p. 640 n. 60. — (3) *In cellis - pietatis* MOPH **1**, p. 149. — (4) *Nam - nobis* lc. p. 217 § XII cf. Ps. 120, 1. — (5) *In cellis - occupetur* ALKM. p. 563. — (6) *levis - fecerit* lc. p. 544. — (7) Ps. 60, 8. — (8) De cellis SS. Patrum cf. CSEL XVII, p. 413 (index).

cella te docebit omnem sanctitatem (1). » — Quidam monachus, discipulus abbatis Antonii, sepius exhibat de cella et redibat. Cui ait abbas : « Quare non stas in cella, sicut alii faciunt ? » Qui respondit : « Quia nichil facio ibi. » Tunc ait beatus Antonius : « Vade in cellam tuam et quando cogitacio tua te temptat, ut exeas inde, dic cordi tuo : amore Ihesu Christi ego volo custodire parietes istius celle nec exibo, imo propter deum in cella perseverabo. Quod discipulus fecit ; et in brevi factus est perfectus monachus (2). Unde idem abbas dicere consuevit discipulis suis : « Sicut piscis impinguatur in aqua, sic monachus a spiritu sancto irroratur in cella et uterque extra faciliter periclitatur ; unde sicut piscis extractus de aqua statim redit, sic monachus exiens de cella, statim debet redire, ne cum secularibus diucius immoratus interioris anime sue obliviscatur custodie. » Et iterum dicit : « Qui stat in cella est liber a tribus magnis bellis, scilicet a pugna lingue, oculorum et auditus, que sunt radices omnium viciorum iuxta illud psalmi : « Ego tamquam surdus non audiebam » (3) ; et alibi : « Factus sum sicut homo non habens in ore suo redargucionem » (4) ; et alibi : « Averte oculos meos, ne videant vanitatem » (5) ; actamen habet pugnam unam tantum scilicet contra cor (6). » — Et alius senex ait (7) : « Sicut arbor sepius transplantata numquam fructificat, sic monachus, qui frequenter exit cellam, fructum facere non poterit ; nam cella est
11r caminus ignis, ubi tres pueri Christum invenerunt ; * nam celum et cella habent in nomine vicinitatem, quia monachus diligens cellam, sepius rapitur ad celum. »

Unde abbas Eladius (8) in cella quadam se inclusit et per ·XX· annos non exivit nec levavit oculos, ut videret tectum celle sue. — Et abbatissa Sara (9) super aquam sibi cellam construxit, ubi ·XL· annis sedit nec umquam exivit nec ad fenestram accessit, ut aquam inspiceret, sed dicebat : « Que utilitas aquam videre aut spaciari per aerem. Nam lux ista corporalis est inimica anime nostre. » Et abbas Silvanus (10) interdum egrediebatur de cella, ut ortum suum adaquaret, et tunc oculos suos capucio cohoperiebat nec volebat arbores videre, ne mens eius distraheretur. Unde dicebat : « Ego numquam dimisi intrare cogitacionem cor meum, que Deum exaggeraret. » — Fuit quidam monachus, qui videns, quod unus senex ortum propinquum celle sue et arbores adiacentes eradicaret, ivit ad abbatem Arsenium et interrogavit eum dicens : « Numquid licet habere olum (11) aut aliquid aliud ad consolacionem in cella. » Respondit abbas : « Si monachus est ita

---

(1) cf. VP¹. p. 781 (516). — (2) cf. lc. p. 1119 (725). — (3) Ps. 37, 14. — (4) Ps. 37, 15. — (5) Ps. 118, 37. — (6) *unde idem - cor* lc. p. 858 (563). — (7) VP¹. p. 902 (590). — (8) cf. lc. p. 866 (568). — (9) VP¹. p. 897 (587). — (10) lc. p. 937 (611). — (11) Ms. *ortum*.

perfectus, quod possit stare et vivere sine omni orto et sine omni consolacione, tunc consulo, quod ortum suum destruat et semper oracioni insistat! sed sunt aliqui, qui extirpant ortum suum et post ad tempus iterum plantant, et talibus non est bonum extirpare. Unde secundum uniuscuiusque exercitacionem et virtutem est agendum (1). » Actamen abbas Arsenius, quia in seculo herbas odoriferas in camera sua tenuerat, nunc tenebat herbas ferentes odores graves et fetidos (2). Et abbas Maccharius maior finita missa conventuali digitum superponebat ori et dicebat : « O fratres, fugite ecclesiam. » Et currens ibat ad cellam et claudebat se intus (3). Actamen propter tres causas monachus mutabat cellam et ibat ad aliud nemus sive conventum, primo, si laudabatur ab hominibus illius contrate ; secundo, si erat aliquis, qui eos videret invite ibi manere nec poterant eum reconciliare ; tercio propter fornicacionem vel periculum alicuius mulieris eos infestantis (4).

49. Item fuit ordinatum in isto capitulo generali, quod nullum paramentum de serico haberetur, nec circa altare, nec circa sacerdotem. Similiter nullum ornamentum aureum haberetur, nec aliquod vas aureum vel argenteum exceptis calicibus (5).

50. Item ordinavit ieiunia et precipue, quod fratres ieiunarent a festo sancte crucis usque ad pascha et in omnibus sextis feriis tam intra quam extra. Unde ipse beatus Dominicus ieiunia supradicta continuabat in domo et extra domum nec aliquo casu pingue ferculum comedebat nec eciam in itinere (6). Unde distinctione · I^a^ · cap. · III^o^ · habetur, quod sextis feriis est ieiunandum tam intus quam foris, et quadragesimali utimur cibo, licet propter laborem aliquibus possit dispensari, vel si fuerit festum precipuum. Item ieiunandum est in vigilia purificacionis et nativitatis beate virginis, in vigilia beati Dominici, in diebus rogacionum. Et eadem distinccione cap. · V^o^ · habetur, quod fratres, ne sint hospitibus honerosi, pulmenta cocta cum carnibus extra claustrum comedere poterunt. In conventibus nostris pulmenta sint cocta sine carnibus, preter que (7) in infirmariis. Singulis diebus sint duo pulmenta cocta, si fieri potest ; actamen prior poterit superaddere, ubi opus esse iudicaverit et facultas permiserit (8). Et ibidem cap. · VIII^o^ · habetur, quod causa minuicionis fratres carnes non comedant (9). Et distinctione eadem cap. · XVII^o^ · habetur, quod gravis culpa est, si quis sine magna necessitate carnes

---

(1) *Fuit - agendum* lc. p. 913 (896). — (2) cf. lc. p. 865 (568) et p. 764 (507). — (3) locum non inveni. — (4) *Actamen - infestantis* lc. p. 900 (588). — (5) *quod nullum - calicibus* AASS. p. 632 n. 18. — (6) *quod fratres - itinere* Theod. n. 192 (p. 591) cf. supra n. 15 n. IV. — (7) *preter quam* ms. — (8) *sextis - pe miserit* ALKM. p. 538 sq. — (9) *causa - comedant* lc. p. 540.

comederit. Unde debet tribus diebus ieiunare in pane et aqua et tres disciplinas recipere; quod si per alium fuerit accusatus, additur una disciplina et una abstinencia, et insuper psalmus et venie, secundum quod prelato visum fuerit (1). Exemplum : Quidam prior dispensavit duobus fratribus fatigatis, quod non fuit causa racionabilis, ut
12 come*derent carnes. Et ipse prior ipsa nocte vidit diabolum intrantem locum, ubi illi fratres quiescebant. Cui ait prior : « Quo vadis, maledicte demon? » Qui respondit : « Vado visitare istos fratres, qui comedunt carnes sine causa racionabili (2). » — De eodem habes supra de converso qui comedens carnes factus est demoniacus (3).

51. Item distinccione prima cap. ·VI°· habetur, quod fratres non bibant nisi in collacione sine licencia et sine socio (4). Et distinccione ·I^{a}· cap. ·XVI°· habetur, quod levis culpa est, si quis cibum vel potum sumpserit absque benedictione (5). Exemplum supra de converso, qui bibens in civitate, factus est demoniacus (6). Exemplum : Quidam frater mortuus apparuit alteri fratri dicens : « Ego in purgatorio nimis affligor, quia querebam bibere vinum purum aliis limphantibus fratribus, ut possem melius dormire de nocte (7). »

52. Nunc quid in libro collacionum habeatur de cibo et potu, audiamus. Inquit abbas Moyses collacione ·II^{a}· cap. ·XXII°· : Secundum virium capacitatem aut corporis aut etatis unusquisque cibum sumat, quantum sustentacio corporis, non quantum desiderium saturitatis exposcit: nam antiqui patres omnibus leguminibus aut herbis aut pomis preposuerunt equissimum refectionis modum, in duobus panibus unius libre, ut cotidianam panis refectionem comitetur cotidiana exuries in uno eodemque statu animam pariterque corpus conservans; hora nona competit prandio, ut monachus in hora vespertina iam cibo digesto in oracione inveniatur aptissimus (8). Et abbas Cerimon collacione ·II^{a}· cap. ·XV°· ait : Monachus, qui contentus est omni die cibo duorum panum unius libre et aquam in sacietate non bibit et ultra tres horas aut quatuor noctis non quievit, divina misericordia subveniente, intra sex mensium spacium veram castitatem adipiscetur; sed oportet ab omni fabulacione, omni cura mundi, ab omni ira, ab omni ocio se totaliter mancipare (9). Et abbas Theonas cap. ·XXIII°· ait : Licet in cotidianis diebus hora ·IX^{a}· oportet cibum sumere, in festivis possumus diebus hora sexta come-

---

(1) *gravis - fuerit* lc. p. 546, — (2) *Quidam - racionabili* MOPH **1**, p. 205 c. XVIII § I. — (3) cf. n. 26 p. 19. — (4) *fratres - socio* ALKM p. 537. — (5) *quod levis - benedictione* lc. p. 545. — (6) cf. n. 26. — (7) *Quidam - nocte* MOPH **1**, p. 283 § XIV. — (8) *Secundum - aptissimus* CSEL XIII, II. c. XIX sqq. (p 60 sqq.). — (9) *monachus - mancipare* lc. XII, 15 (p. 358).

dere, ea racione dumtaxat, ut escarum solitus modus seu qualitas non mutetur, ne leticia festivitatis, carnis pugnam incitans, gaudium vertat in luctum. Unde propheta : « Celebra (1) Iuda festivitates tuas et redde vota tua (2). » Et cap. · XXX° · dicitur, quod omnis homo in primitiva ecclesia omni die ieiunabat; deinde introductum est ieiunium · XL[e] · quod per (3) sex ebdomadas protelatur, licet in aliquibus provinciis sit septima ebdomada superaddita.

53. Nunc, quid in libro exhortacionum patrum scriptum sit, in medium adducamus. Ait abbas Pastor : Qui vult bene ieiunare, semel in die aliquid comedat et non sacietur. Omnes enim modos ieiunandi perquirentes patres nostri, istum modum magis approbaverunt (4). Iterum propter solemnitatem aliquam aliqua pitancia eis dabatur, ut lapsanium, id est herbe semicocte aqua diluta gutta olei superaposita ; quod si pisciculi parvi salsi apponebantur, excessus reputabatur, eciamsi nisi tribus vicibus in anno hoc fieri contigisset. Sed aliqui perfectiores, qui non comedebant in duobus diebus nisi semel, aliquid non comedebant nisi semel dominica et postea quarta feria; aliqui non comedebant nisi semel in tota septimana (5). Unde abbas Antonius relicta abbacia civitatis Patras heremum intravit, ubi cilicio et veste iunco contexta utebatur, super nudam terram sepius pernoctabat, propriis manibus operando victum sibi acquirebat; de quarto in quartum diem una tantum refectione contentabatur (6). Et abbas Or senex annorum · LXXXX° · ab angelo * unum tantum panem * 12 accipiebat de tercio in tercium diem (7). Et mirabilius esse videtur Eufrasia, de stirpe regali nata, [que] semel tantum in ebdomada comedebat, et tamen continue laborabat, et per unum annum non sedit nisi hora dormicionis (8). Et abbas Iohannes in spelunca per tres annos non sedit nisi hora dormicionis. Hic in dominica eucharistiam sumens, nichil aliud in ebdomada comedebat (9). Et abbas Mucius, latro sceleratissimus, ingressus heremum aliquo tempore solis radicibus usus fuit; deinde de celis unum panem tantum accipiens nichil aliud in tota ebdomada comedebat (10).

54. Quid de potu senserint sancti patres nunc dicturi sumus. Inquit abbas Pastor : Vinum omnino non expedit monacho bibere (11). Quidam senex in siti existens videns vinum sibi apponi

---

(1) *Celebra etc.* Nah. I, 15. — (2) *Licet - tua* lc. XXI, 23 (p. 598). — (3) *omnis - quod* lc. p. 605. — (4) cf. lc. p. 920 (701). — (5) Hunc modum vivendi ss. patrum collegit auctor e diversis eorum vitis (cf. indicem ad vitas : *abstinencia, ieiunium, cibus*) et *Institucionibus* Cassiani IV, 11, 22. — (6) cf. lc. 127 (36 sqq.) passim. — (7) cf. lc. p. 1100 (714). — (8) cf. lc. p. 632 (356). — (9) cf. lc. p. 1169 (755). — (10) cf. de abbate Mutio al. Moyse lc. p. 1119 n. 125. — (11) cf. lc. p. 868 (570).

in mensa exclamans ait : Tollite, tollite hinc hanc mortem; et nullo modo bibere voluit. Et abbas Sysois vocatus ab agapem, id est karitatem, que erat convivium omnium primum, cum tota ebdomada ieiunaret in pane et aqua, in dominica bibebat duos ciphos vini : et cum oblatus fuisset ei tercius, respondit : « Non bibam, quia excederet modum temporancie mee, et est peior et periculosior quam satanas (1). » Et abbas Macharius in communi communitate existens nolens apparere singularis, bibebat duos ciphos vini in tota die dominica et postea stabat per duos dies, quod non bibebat eciam aquam. Unde discipuli sui hoc advertentes non permittebant ei in dominica dari aliquid de vino dicentes, quia postea se affligit minus (2).

55. Eciam circa potum aque summum studium adhibebant. Unde abbas Evagrius ait, quod si monachus bibat aquam in copia, maiora fantasiarum genera et largiora demonibus receptacula prestantur (3). Unde senex in heremo proposuit tota ·XL^{a}· nichil omnino bibere nec eciam aquam; et cum estus invalescebat et sitis eum perurgebat, lavabat ciatum et implebat aqua et ante oculos suos appendebat, unde sitis eius augeretur et afflictio multiplicaretur et meritum eius apud Deum esset maius : et sic per totam ·XL^{am}· non bibit (4). Alter senex fecit sibi cellam longe a fonte per ·XII· miliaria, ut de aqua haberet maiorem inopiam; unde in omni potu aque ibat per ·XXIV· miliaria, antequam domum redire posset. Quadam vice in via defecit et tunc cogitavit de cetero habitare prope flumen; et ecce angelus domini cum arundine veniens meciebatur terram. Cui ait senex : « Quid metiris? » Respondit angelus : « Ego numero omnes passus tuos, quos facis de cella ad fontem, quia de quolibet passu indicibile premium est tibi a Deo paratum. » Quo audito senex factus fortis cogitavit adhuc plus se elongare a fonte (5).

56. Item ordinavit beatus Dominicus, quod frater, qui erat utilis et graciosus predicator, in nullo alio officio occuparetur, et quod ubicumque alicui se adiunxerit in domo aut in itinere, statim de deo loqui incipiat. Unde distinctione ·II^{a}· cap. ·XII^{o}· habetur, quod predicator habens ad minus ·XXV· annos, accepta benedictione secum vel cum proximis de deo utiliter loquatur; nec pro domo, nec pro aliqua persona specialiter faciat colligi pecuniam; cui socius tamquam priori suo in omnibus obediat (6). Et distinctione

---

(1) cf. lc. p. 869 (570). — (2) cf. lc. p. 768 (509). — (3) lc. ed. Rosweydus p. 479. — (4) *unde - bibit* lc. p. 873 (572). — (5) *Alter - fonte* cf. lc. p. 900 (589). — (6) *predicator - obediat* ALKM p. 560 sq.

· I[a] · cap. · XVI[o] · habetur, quod levis culpa est, si frater vadens ad predicacionis officium locutus fuerit otiosa vel egerit vel riserit vel alios ad ridendum provocaverit (1). Et distinctione · II[a] · cap. · XIII[o] ·, quod non portabunt pecuniam nec recipient; quod si receperint, teneantur prelato suo, cum redierint, libere presentare (2). Exemplum supra (3), ubi habetur, quod * beatus Dominicus iussit, quod quidam frater · 13
portans pecuniam ipsam abiceret; quod et fecit et cetera. Unde in vitis fratrum habetur, quod fratres non comedebant cum tuta consciencia illa die, nisi uni aut pluribus predicassent (4). Fuit quidam frater devotus, qui instanter in quadam civitate predicabat. Post matutinas, dum aliquantulum quiesceret, apparuit beata virgo habens parvulum in brachiis et ait fratri : « Tibi do filium meum per mercedem tue predicacionis. » Et tanta dulcedine est perfusus, quod per octo dies fuit in iubilo et mentis excessu (5). Et magistro Iordani ait diabolus : « O cece, si tu vis michi promittere, quod de cetero non predicabis, ego numquam inquietabo fratros tuos nec in corpore nec in anima. » Respondit vir sanctus : « Absit, quod faciam pactum cum morte » (6).

57. Item ordinavit, quod fratres non intromitterent se de temporalibus nec de factis domus nec de consiliis temporalium, exceptis his, quibus specialiter est talis cura commissa; et omnes alii intenderent oracioni, lectioni et predicacioni (7). Unde abbas Piamon (8) in sua collacione cap. · II[o] · ait, quod monachus, qui singillatim suas sibi procurat necessitates, dicitur sarabayta; qui vero labores et sudores suos conventui communicat, proprie dicitur monachus (9). Fuit quidam frater, qui contra procuratorem indignabatur et de factis conventus se nimis intromittebat. Quadam vice, dum indignaretur contra ipsum procuratorem, subito cecidit et visum fuit sibi, quod proiceretur in ignem permaximum, ubi intollerabilem dolorem substinebat. Unde clamare cepit « ad inferna, ad inferna, » et blasphemabat fratres et ordinem. Quod audientes fratres pro ipso orabant; et beata virgo ei succurrit et ipsum de igne eripuit. Tunc clamare cepit : « Mater Dei, mater Dei; » et rediens ad se et ista narrans inventus est totus combustus sicut carbo per totum corpus (10).

Item ordinavit, quod sequens capitulum generale iterum Bononie celebraretur; postea aliud Paritius (!) et sic alternando capitula

---

(1) *levis - procuraverit* lc. p. 544. — (2) *non - presentare* lc. p. 561. — (3) cf. n. 42. — (4) *quod - predicassent* MOPH **1**, p. 150. — (5) *Fuit - excessu* lc. p. 214 § III. — (6) *Et magister - morte* lc. p. 124 c. XXX. — (7) *quod fratres - predicacioni* AASS p. 636 n. 40. — (8) Ms. Primian. — (9) *monachus - monachus* CSEL vol. XIII, p. 513 c. VII. — (10) *Fuit - corpus* MOPH **1**, p. 211 § III.

generalia singulis annis continuarentur nunc Paritius (!) nunc Bononie (1).

58. Item beatus Dominicus ordinavit, quod diffinitores capituli haberent potestatem plenariam super magistrum et alios fratres et super totum ordinem statuendi, ordinandi et diffiniendi; et se humilians multis precibus rogavit deponi de magisterio, allegans, quod erat remissus, inutilis et indignus. Quod nullomodo fratres facere voluerunt. Inter alios fratres fuit frater Iordanis, qui nondum compleverat tres menses in ordine; quem beatus Dominicus in isto capitulo generali fecit lectorem Parisiensem, ubi evangelium Luce graciosissime legit (2); nam fuerat baccalarius Parisiensis in seculo.

Et sic terminatum fuit primum capitulum generale apud
1220 Bononiam anno domini · M · CC · XX° · die · XVII[a] · maii.

59. Eodem anno beatus Dominicus una tunica contemptus cepit per Lombardiam discurrere; et cum intrabat aliquem conventum statim verbum dei predicabat, transgressores regule et constitucionum durissime puniebat (3); et cum fratre Bonvisio venit Mediolanum, ubi febricitavit, et vidente fratre Bonvisio in ipsa accessione febris orabat et per quedam signa faciei comprehendit ipsum contemplari celestia et divinas consolaciones recipere. Recedente febre iussit librum ante se portari et deum laudabat et fratribus de Deo predicabat (4). Et quadam alia vice iterum venit
· 13 · Medio*lanum cum fratre Bonaventura et fratres diversimode temptatos consolatus est et ad devocionem inanimavit. De Mediolano rediit Bononiam, ubi dum oraret, diabolus in habitu fratris ecclesiam in profunda nocte intravit quasi oraturus; et credens beatus Dominicus, quod frater esset, signo manus eum ad lectum licenciavit; qui abiit et statim rediit. Iterum beatus Dominicus eum licenciavit. Qui abiit et statim rediit. Cui sanctus pater ait: « Quis es tu tam inobediens magistro tuo? » Tunc ait diabolus: « Modo te feci frangere silencium; » et disparuit (5).

1221 **60.** In · M · CC · XXI° · iterum capitulum generale apud Bononiam congregatur, die · XXX[a] · mai, ubi frater Iordanis, lector Parisiensis, qui nondum habebat unum annum cum dimidio in ordine, factus est prior provincialis in provincia Lombardie, qui tamen non erat presens in capitulo (6).

---

(1) De celebracione capituli generalis cf. lc. p. 325 ad an. 1220. — (2) *quod diffinitores - legit* Theod. n. 183-185 (p. 590). — (3) *et cum - puniebat* cf. supra n. 15. — (4) *et cum - predicabat* AASS n. 23 (p. 633). — (5) *dum oraret - disparuit* MOPH **1**, p. 77 c. XV. — (6) *fr. Iordanis - capitulo* lc. p. 325 ad an. 1221.

Et isto tempore cum fratres ad capitulum venirent, diabolus in specie cursoris succincti duobus fratribus in via coniunctus est. Qui ait : « O fratres, quo vaditis? » Dixerunt : « Bononiam ad capitulum. » Qui ait : « Numquid mittentur fratres ad predicandum in Ungariam et in Greciam? » Dicunt fratres : « Certe sic. » Quo dicto diabolus in aërem saltum dedit dicens : « Ordo predicatorum est confusio nostra. » Et evanuit. Et hoc beato Dominico dixerunt (1).

Eodem tempore cum beatus Dominicus cuidam priori Cisterciensi, viro spirituali, diceret, quod numquam deus sibi aliquam graciam denegavit, ait ille prior : « Ego video, quod fratres mirabiliter desiderant, quod magister Corradus Theutonicus, qui regit hic actu in Bononia, intret ordinem ; ergo petatis hoc a deo. » Respondit beatus Dominicus : « Expecta aliquantulum. » Et facta oracione, in sequenti die ille magister ad pedes beati Dominici venit et ingressum ordinis peciit. Qui fuit graciosus predicator et multis miraculis claruit (2).

In isto secundo capitulo generali frater Guisbertus missus est in Angliam, et quidam frater Paulus Ungarus, qui rexerat Bononie, missus est in Ungariam (3) — Tunc beatus Dominicus ivit de Bononia Venicias, ubi erat dominicus Ugolinus Ostiensis, legatus, circa mensem iulii et multa de factis ordinis ordinavit. Deinde Bononiam rediit et licet fatigatus ex itinere et estu ante matutinas dormire noluit et in matutinis fuit. Post matutinas caput dolere cepit et languere et nullo modo in lecto dormire voluit, sed super vilissimum saconem dormivit aliquantulum.

61. Invalescente infirmitate propter aërem saniorem fratres eum portare fecerunt ad sanctam Mariam in monte. Videns beatus Dominicus se morti propinquum, misit pro fratre Bonaventura priore Bononiam. Qui associatus duobus fratribus, ivit ad eum et iussit, quod reportaretur ad conventum, et positus fuit in quadam cella. Et ait priori : « Preparate vos ad faciendum commendacionem anime. » Et congregatis omnibus ibidem ait beatus Dominicus elevatis manibus ad celum : « O deus pater sancte, tu scis, quia libenter perstiti in tua voluntate et illos, quos michi dedisti, custodivi et conservavi et nunc eos tibi recommendo, ut serves et custodias eos. » Et cum frater Rudolfus teneret caput eius et sudario tergeret sudorem de facie eius et omnes fratres plorarent, ait beatus Dominicus : « Nolite flere, quia vobis ero utilior in loco, ad quem vado, quam fuerim hic. » Et interrogatus, ubi vellet sepeliri, respondit : « In ecclesia sub pedibus fratrum. » Et post pauca dixit : « O prior, incipiatis officium. »

---

(1) *et isto - dixerunt* MOPH **1**, p. 194 c. XV § I, cf. Theod. n. 210 (p. 594). — (2) *Eodem - claruit* Theod. n. 205-208 (p. 593). — (3) *In isto - Ungariam* Theod. 211 (p. 294).

Et ipse elevatis manibus eria · VI[a] · hora · VI[a] · emisit spiritum, · V[a] · die augusti. Et dum involveretur corpus eius, grossa cathena circa lumbos eius est inventa; et positum est corpus eius in medio chori, ubi existens mortuus prophetavit (1). Nam
· 14 quidam prior sancte Katherine de * Bononia, amicus et devotus beati Dominici super feretrum procumbens, ipsum osculari cepit; et factus in spiritu quasi de sompno surgens exclamavit dicens : « Fidelis sermo et omni accepcione dignus. Beatus Dominicus licet mortuus me est obsculatus et michi predixit, quod isto anno sum cum eo celum introiturus. » Quod rei probavit eventus; nam illo anno mortuus est (2). — Alius, obsessus adductus iuxta feretrum clamavit dicens : « Quid michi et tibi, Dominice? » hoc sepe reiterans de obsesso abivit *sic!* (3).

62. Volente deo dominus Ugolinus Ostiensis et legatus, qui presens fuerat in resuscitacione Neapoleonis, venerat Bononiam, ita quod in sequenti die in festo sancti Sixti ipse legatus in conventu fratrum missam celebravit et exequias fecit et sepelivit. Et erat ibidem patriarcha Aquilegensis et episcopi multi et prelati. Postea fuit facta fossa in loco despecto, ubi aque solite erant decurrere (4) in ecclesia veteri. Et frater Rodulfus, procurator, fecit fieri capsam de ligno, ubi cum clavis ferreis inclusit corpus eius, precavens, ne aliqua res aromatica imponeretur ibidem. Et circa sepulcrum fuit factus murus altissimus cum cemento fortissimo et desuper positus fuit lapis magnus valde, quia timebant, ne quis furaretur corpus eius. Et populus cepit confluere cum candelis et imaginibus, asserentes se a diversis languoribus sanatos propter eius merita. Qui pannos de auro et de serico apportaverunt volentes cohoperire sepulcrum eius; sed fratres timentes incurrere notam iactancie prohibuerunt. Et sequenti ieme odor permaximus de sepulcro cepit exalare, qui replevit totam ecclesiam et duravit multis diebus (5).

63. Frater Iordanis Lector Parisiensis, audito, quod factus esset prior provincialis Lombardie, cepit venire Bononiam. Sed in Lausanna frater Everardus, quondam ibidem electus episcopus, migravit et frater Iordanis pervenit Bononiam, tristis de morte patris sui Dominici. Et invenit in Bononia quemdam fratrem, nomine Bernardum, demoniacum, qui cathenas confringebat, compedes conterebat et fratribus multas molestias inferebat. Et tunc frater Iordanis, prior provincialis Lombardie primus, librum de initio Ordinis conscripsit, qui incipit : « Filiis gracie et coheredibus glorie », ubi multa de isto fratre Bernardo

(1) *Tunc beatus - prophetavit* Theod. n. 232 sqq. (p. 598 sqq.). — (2) *Nam - est* Theod. n. 245 (p. 599) cf. MOPH **1**, p. 84 c. XXIX. — (3) *alius - abivit* MOPH **1**, p. 85 c. XXI, Theod. n. 249 (p. 600). — (4) *ubi - decurrere* AASS n. 17 p. 632. — (5) *Volente - diebus* Theod. n. 246 sqq. (p. 600), cf. AASS n. 7-12 (p. 630).

narravit (1). Tunc ipse prior provincialis secundum viam beati Dominici vadens mirabiliter cum magna religione totam Lombardiam regere cepit. Et tunc plusquam centum millia Lombardi, qui ignorabant, an domino pape vel hereticis esset obediendum, ad ecclesie reverenciam se converterunt. Maxima copia hereticorum combusta est. Fautores hereticorum facti sunt defensores ecclesie. Omnes fere civitates statuta et ordinaciones secundum fratrum voluntatem ordinaverunt. Usure reddite sunt, confessiones in usum devenerunt, guerre statim estirpate et paces introducte (2).

64. Nunc quia iam dictum est de constitucionibus et ordinacionibus, ordinis locus requirit, ut modum vivendi fratrum similiter describamus. Et primo de officio matutino. Hora matutinali fratres surgebant velociter, ut stando in pedibus officium beate virginis ibidem dicerent, distincte et devote. Quadam vice dum fratres minus devote, quam consueverant, dicerent, quidam frater devotus valde, vidit beatam virginem associatam duabus virginibus, scilicet Katarina et Lucia, intrare dormitorium et exhortare fratres dicentem : « Fortiter, fortiter, viri fortes ! » Quo audito prelatus monuit, ut fratres devocius dicerent officium beate virginis (3). Et altera vice similiter beata virgo apparuit. Ad idem : Fuit in Anglia frater David, valde devotus, qui infirmatus raptus est ad iudicium, ubi audivit beatam virginem conquerentem ante filium suum de hominibus mundi, quia officium suum cursim et irreverenter dicebant. Ihesus ait : « Mittamus fratrem David, qui astat hic ante me, qui dicat fratribus predicatoribus, ne sint negligentes. » Et * statim frater ad se reversus in lecto se erigens, omnia narrans statim expiravit. — In eadem provincia quidam frater Ricardus morti propinquus factus in extasi audivit in celo melodiam, qualem auris in terra nunquam audivit ; et subito beata virgo coram filio conqueri cepit dicens : « Illud modicum, quod michi dicunt homines in meo officio, distracto et indevoto corde dicunt, quod reputo, quasi si nichil dicerent. » Et anime de purgatorio conqueste sunt, quod officium mortuorum tarde dicitur et indevote. Tunc frater ad se rediens clamavit dicens : « Heu, heu vobis, qui dicitis negligenter officium beate virginis. » Et supradicta narravit et statim expiravit (4). * 14'

65. Finitis matutinis beate virginis fratres intrabant ecclesiam ; et ne illud tantillum tempus deperiret, omnes fratres in gyro ante altare beate virginis se collocabant, et propter multitudinem fra-

---

(1) *Fr. Iordanis - narravit* MOPH **1**, 326 ad an. 1221, cf. lc. p. 125 c. XXI. — (2) *plusquam - introducte* AASS p. 638, n. 52. — (3) *dum fratres - virginis* MOPH **1**, p. 165 c. VI § III. — (4) *Fuit - expiravit* lc. p. 164 sq. § I et II.

trum aliquando faciebant tres acies et devotissime beatam virginem salutabant (1) iuxta illud : « Circumdabant eam flores rosarum et lilie convalium (2). » Et vere lilia : nam unus frater in parvo tempore audivit confessionem centum fratrum virginum mente et corpore in uno conventu (3). Unde possumus cogitare, quot erant in in aliis conventibus ordinis nostri.

66. Pulsato secundo signo matutinali fratres versis vultibus ad altare cantabant invitatorium. In conventu Parisiensi in nocte purificacionis, quum fratres cantarent invitatorium « Ecce venit », magister Iordanis vidit, quod beata virgo cum domino Ihesu et mirabili processione sanctorum advenit. Et ecce super altare thronus mirabilis positus fuit, ubi sedit beata virgo cum filio et ipsa dulcissime respiciebat fratres cantantes invitatorium. Cum autem in fine invitatorii ad gloria patri etc. fratres inclinarent profunde, ipsa apprehendit filii sui dexteram et omnes fratres signavit et abiit (4). Deinde lectiones sunt devote dicende. Nam in ipso conventu Parisiensi idem magister Iordanis in festo circumcisionis, quum legeret nonam lectionem, beata virgo cum corona aurea et vestibus miri coloris ornata iuxta legentem magistrum Iordanem astitit respiciens eum. Et finita lectione ipsa librum accepit et cepit ante eum precedere, quousque venit ante altare, ubi inclinavit. Sed et beatus Dominicus aliquantulum calvus, sicut fuerat circa mortem, cum baculo quasi viam faciens domine nostre, que librum portabat, ipsam precedebat ; erat enim ibidem sanctorum exercitus innumerabilis. Frater autem sanctissimus, qui hoc in spiritu vidit, narravit ipsi magistro totum, interrogans, utrum sensisset aliquam dulcedinem, dum legebat illam lectionem. Sed magister subrisit nec voluit sibi aliquid revelare (5).

67. In laudibus fratres debent stare et nullo modo recedere. Nam in festo Augustini quidam frater in laudibus recessit ad lectum. Cui apparuit beatus Augustinus dicens : « Modo, frater, contra tuam professionem fecisti propriam voluntatem. » Exterritus frater clamavit dicens : « Quid faciam ? » Respondit sanctus : « Age penitenciam. » Qui statim ad sermonem, qui fiebat fratribus in choro, venit. Ubi nota, quod sermones eciam in estate tunc fiebant de nocte (6).

68. Finitis matutinis magister Iordanis ordinavit, quod contra demonum molestias cantaretur responsorium : « Te sanctum dominum in excelsis etc. » Cum autem cantaretur versus, qui

---

(1) *ne illud - salutabant* lc. p. 169. — (2) Cant. **2**, 1. — (3) MOPH **1**, p. 168. — (4) *In conventu - abiit* MOPH **1**, p. 121, c. XXVI. — (5) *Nam in ipso - revelare* lc. p. 120, c. XXXV. — (6) *Nam in festo - venit* MOPH **1**, p. 207 § III.

dicitur : « Cherubim quoque et Seraphim etc. » frater, qui demoniacus erat effectus propter inordinatas abstinencias et qui alios gulosos diiudicabat, clamavit dicens : « O fratres silete, silete ; nam ego cecidi de illo ordine superiori Sera' phim. » Et dicunt ei fratres : « Quare non penites ? » Respondit : « Si tantum haberem de carne humana, quantum habet digitus pollex, ego facerem tantam penitenciam, quod iterum ascenderem, unde descendi. » Hic interdum loquebatur diversas linguas. Et interrogaverunt fratres : « Quare cecidisti ? » Respondit : « Propter peccatum superbie. » Interrogaverunt, an dominum viderit. Respondit quod sic. Interrogatus et adiuratus, quomodo deus est trinus et unus, respondit tremens et in globum quasi se contrahens : « Sileamus nos creature, quia nec loqui nos decet, nec possumus exprimere (1). »

69. Finaliter dicuntur letanie. Cum universitas Parisiensis conturbaret ordinem, ordinatum fuit in capitulo generali, quod singulis ebdomadis fratres prostrati dicerent ·VII· psalmos penitenciales et letaniam cum oracione beate virginis et beati Dominici. Et frater valde devotus in conventu Romano vidit super altare beatam virginem cum filio suo auscultantes letanias et in fine beata virgo apprehendit filium per manum dicens : « Exaudi eos, exaudi eos ! » Et statim Alexander papa dedit sentenciam pro ordine (2). Tunc dicere ceperunt cardinales et prelati : « Cavete a letaniis fratrum predicatorum. »

70. Finitis litaniis fratres omnes intrabant ecclesiam et communiter dicebant ante altare beate virginis istam devocionem : Primo dicebant : Ave maris stella etc. ; deinde secundum ·V· literas positas in hoc nomine Maria dicebant ·V· psalmos scilicet Magnificat etc. gloria patri etc. et genuflexo Ave Maria etc; deinde : Ad dominum vel Ad te domine levavi animam etc; retribue etc., In convertendo etc. Ad te levavi oculos meos etc., semper cum gloria patri et Ave Maria. Unde cum magister Iordanis ante altare virginis hanc devocionem diceret et cum magno pondere Ave Maria diceret, frater Bartholomeus (3), filius eius devotissimus, eum auscultabat; qui oscitans, ait magister Iordanis : « Quis es tu, qui me auscultas » ? Respondit : « Ego frater Bartholomeus filius vester ». Qui ait : « Vade ad quiescendum vel orandum. » Qui respondit : « Certe non ibo, imo michi indicabitis, quid modo tam devote orabatis ». Cui magister ait : « Veni ! » Et docuit eum supradictam de-

(1) *Interrogaverunt - exprimere* lc. p. 209 § IV. — (2) *Cum universitas - ordine* lc. p. 44 § VIII. — (3) Bertholdus lc. p. 118 not. 12.

vocionem et subdidit : « Dicam tibi exemplum, per quod videre poteris, quam bonum sit laudare beatam virginem (1). Quidam episcopus visitavit terram sanctam et reversus ad terram suam narravit, quod per totam terram sanctam omnes christiani faciebant hanc devocionem et quod beata virgo faciebat eis omnem graciam in vita et in morte. Quod quum narrasset in quodam monasterio, unus monacellus proposuit hanc devocionem omni die facere post matutinas ante altare beate virginis. Quod cum fecisset, pluribus annis subito mortuus in cella (2) invenitur. Et dum fierent exequie, ·V· rose eruperunt in facie eius, due super oculos, due super nares et una super os. Quelibet habebat in singulis foliis scriptum : «Ave Maria» literis aureis et tantus odor emanavit, quod tota civitas cucurrit. Et de diversis civitatibus advenerunt archiepiscopi et episcopi, et pre devocione per ·VII· dies continuos ille monachellus sepeliri non potuit. Tunc prelati cupientes scire causam, quare talis gracia facta fuerit illi monacho, indicto ieiunio per totam civitatem et oracione, beata virgo apparuit cuidam devotissimo monacho et narravit sibi, quod monachus ille erat suus devotus, quia dicebat omni die ·V· psalmos et ·V· Ave Maria, et addidit : «Quicunque hoc michi fecerit, ero
* 15' eius adiutrix in vita et in morte * nec sibi aliquam graciam denegabo. Amen (3). »

71. Sancta hac devocione circa gaudia beate virginis intendebant. Unde quidam frater Theutonicus consuevit sic dicere : Beatum sit cor tuum, virgo benedicta, que credidisti in filium dei et ipsum tam dulciter dilexisti. Et genuflectebat et Ave Maria dicebat. Iterum beatificabat uterum, quo filium Dei ·VIIII· mensibus et tribus diebus portaverat. Et iterum beatificabat ubera, que eum lactaverant, et manus tornatiles, quibus Christo parvulino ministrabat, et pectus, in quo sepius parvulinus dormierat. Et semper in omni beatificacione dicebat Ave Maria genu flexo. In fine dicebat : Virgo benedicta, tu es apotecha omnium virtutum, da mihi fidem, spem et karitatem, benignitatem et pacienciam, castitatem, et humilitatem. Quodam sabbato beata virgo eidem apparuit et omnes istas virtutes sensibiliter in faciem eius propinavit. Ex quo tantam dulcedinem sensit, quod omni studio postposito semper circa laudes beate virginis insistebat. Quod cum fratres moleste portarent, quia non predicabat nec literas sciebat, oravit beatam virginem, quod partem illius dulcedinis commutaret in scienciam ; quod et factum est : nam factus est peritissimus in consiliis animarum ; nunc latine, nunc theutonice graciosissime predicabat (4).

---

(1) *Unde cum - virginem* lc. p. 118 c. XXIII. — (2) Ms. *celo.* — (3) *Quidam episcopus - Amen* cf. Thomas Cantimpratanus, lib. de apibus (ed. Colvenerius) Duaci 1627, p. 289. — (4) *Unde quidam - predicabat* MOPH **1**, p. 160 c. V § II.

72. Insuper factis supradictis devocionibus ad beatam virginem alii ·C· vicibus, alii ·CC· vicibus genuflectebant inter diem et noctem et totidem Ave Maria devotissime dicebant, et passim elevabantur in aere, alii per unum cubitum, alii per duos cubitos, alii per tres cubitos, ceteris fratribus astantibus et videntibus (1).

73. Et quia nullus post matutinas lectum intrabat, ante auroram quilibet confitebatur, et pulsata aurora plurimi ad unum sacerdotem concurrebant piis altercantes nutibus, quis in tanto sacramento primum adiuvaret sacerdotem (2).

74. Post missam conventualem ibant omnes ad scolas et nullus remanere audebat. Fuit quidam frater, qui insistens oracioni continue scolas omnino dimittebat. Cui diabolus in forma beate virginis frequenter apparuit multum commendans, quod studium dimisisset. Quod cum frater revelasset cuidam sancto fratri, ait ille senex : « Fili, quando veniet, spue in faciem eius ; si est beata virgo, ipsa est humilis et excusatam habebit obedienciam tuam ; si est illusio diaboli, ille superbus est et confusus recedet. » Quod cum frater fecisset, indignatus diabolus ait : « Maledictus tu et maledictus, qui te docuit » et fugiens nunquam apparuit (3).

75. Finitis scholis, quia nec unum verbum dicere fas erat ante terciam, omnes ibant ad ecclesiam, quam si non apertam inveniebant, ibant ad cellam, quibus singulis erat depicta imago crucifixi et beate virginis, sicut supra dictum est (4). Et (quia) circa terciam contemplacioni passionis insistebant. Fuit quidam frater theutonicus, qui ante crucem omni die dicebat stando unum Pater noster etc. ; deinde genu flexo dicebat : Adoramus te Christe et benedicimus tibi, quia per crucem tuam redemisti mundum. Et sic ad reverenciam ·V· vulnerum dicebat ·V· vicibus Pater noster etc. et Adoramus etc. ; deinde rogabat Christum, ut sibi daret amorem suum et timorem dicens : « Scribe in corde meo plagas tuas, ut legam in eis amorem et dolorem tuum. » Huic visibiliter apparuit Christus dans ei bibere sanguinem de latere suo et sanguinem manuum ; deinde de sanguine pedum ; unde tantam sensit dulcedinem, quod de cetero omnis mundi conso*lacio in amaritudinem conversa est (5). Ad idem : Narrabat magister Iordanis, quod fuit quidam frater valde devotus circa passionem Christi, cui apparuit dominus Ihesus in die iovis sancti et visibiliter eum communicavit de corpore suo ; et sequenti die scilicet in die veneris sancto dominus Ihesus astitit apud

*16

(1) *Insuper* - noctem lc. p. 148. — (2) *Et quia - sacerdotem* lc. p. 148. — (3) *Fuit - apparuit* lc. p. 212 § II. — (4) cf. supra n. 48 p. 29. — (5) *Fuit - conversa est* MOPH **1**, p. 160, c. V, § I.

eum, attamen non videbat eum. Et ait Ihesus : «Prepara te ad passionem recipiendam!» Et subito sensit mirabilem dolorem in latere suo, deinde in pedibus, deinde in manibus et postea per totum corpus sensit mirabiles percussiones flagellorum et in ore amaritudinem fellis et aceti (1).

76. Audito primo signo tercie surgebant et corum intrabant omnes ; nec erat licitum magistro ordinis nec provincialibus nec prioribus nec lectoribus nec conversis ab aliqua hora diei aut noctis remanere. Omnes hore distincte et solemniter cantabantur, et quicunque deerat, ut non esset in choro ad gloria primi psalmi, coram altare in conspectu conventus genuflectebat et surgens versus priorem convertens se, licenciam a priore intrandi chorum postulabat, nec intrabat, donec prior capite annueret. Et puniebatur sufficienter. Unde distinctione · I^{a} · cap. · XVI^{o} · habetur, quod levis culpa est, si quis mox, ut signum factum fuerit, non relictis omnibus cum matura festinacione differat se preparare, ut ad ecclesiam ordinate et composite, quando debuerit, veniat. Si quis ad « gloria » primi psalmi non adfuerit; item si quis riserit in choro vel alios ridere fecerit vel oculos vagos habuerit aspiciendo hinc et inde; si quis cantaverit, quod ordo non ordinavit, si cantando vel legendo offendens coram omnibus se non humiliaverit (2). Et ut habetur distinctione · I^{a} · cap. · II^{o} · : Hora itaque devote incepta post « Deus in adiutorium » inclinent fratres ad « gloria patri etc. » profunde usque ad genua usque ad : » Sicut erat in principio etc. » Eodem modo, scilicet usque ad genua, inclinamus, quocienscunque dicitur « Gloria Patri » in inchoacione horarum et ad collectam et ad pater noster post « Fidelium ». Et ad omnia alia Pater noster et Credo; ad alia « Gloria Patri » et in fine hymnorum, quando dicitur « Deo Patri » vel « Laus tibi etc. », tandem inclinamus usque ad genua; sicut facimus quando in missa dicitur : « Suscipe deprecacionem nostram » et « natus ex Maria virgine et homo factus est, » et ad benedictiones lectionum et in capitulo ad oracionem : « Sancta Maria etc. « et quocienscunque nominatur nomen beate virginis et beati Dominici sive in prefacionibus sive in « Salve Regina ». Item tandem inclinamus profunde, quando in fine « Benedicite » dicitur : « Benedicamus Patrem etc. » et « ad Pater noster » in graciis et ad oracionem « Retribuere (3). » Unde habetur exemplum in speculo : Cuidam fratri contracto in manibus et pedibus apparuerunt aliqui fratres mortui conquerentes, quod fratres non faciebant venias ad Gloria Patri et quod beata trini-

(1) *Narrabat - recipiendum* MOPH **1**, p. 217 § IX. — (2) *levis - humiliaverit* ALKM V, p. 544. — (3) *Hora - retribuere* lc. p. 536.

tas indignabatur; quo audito fratres se correxerunt et post pauca iterum neglexerunt. In matutinis nativitatis Christi frater licet contractus se portari fecit in choro conversorum in prima sede; et finitis matutinis ceteris fratribus euntibus ad lectum frater tanquam non valens se movere ibidem neglectus fuit. Circa auroram beata virgo in forma regine cum mirabili corona et mirabili ornatu vestium cum puellis pulcerrimis et milicia multa intravit ecclesiam; quam frater credidit esse uxorem regis aut filiam. Hec per altaria discurrens finaliter ad chorum conversorum venit et quasi admirans de fratre, qui stabat ibi solus, eum salutavit et salutando eum cum eo iuxta eum sedit in secunda sede chori conversorum; et multa locuti sunt. Cum fratres in chorum venissent et dicerent in choro (fratres) Gloria Patri etc., regina surrexit et cancellatis manibus ante pectus * ipsa brachia sic cancellata et totum corpus super genua reclinavit et ad : « Sicut erat » surrexit. Et frater super hoc admiratus est valde. Cui regina ait : « O frater, an ignoras tu, quod sum mater dei, que tali die ipsum peperi? Vade et dic fratribus, quod trinitas omnibus inclinantibus sibi et ipsa illi fratri reclinat et tota curia celestis audiens fratres cantare Gloria Patri inclinat et ego similiter. Unde dic eis ex parte mea, quod deus est turbatus contra ordinem istum, quia pauci inclinant, et quod peius est, fratres truffantur de fratribus profunde inclinantibus; unde consulo, quod se emendent. » Frater factus totus tremulus quasi folium respondit : « Domina mea, alia vice eis dixi, sed parum valuit, et modo dicent, quod ego sum fatuus et somniator. » Cui ait beata virgo : « Respice in me. » Et de ora chlamydis sue auree aventavit faciem eius et [ait]. « Surge et ambula. » Et statim disparuit. Frater senciens se liberatum factus levis et agilis pre gaudio clamavit, et fratres accurrentes mirati sunt, quod sanus esset, qui illa hora fuerat contractus in manibus et pedibus et toto corpore. Qui audientes verba beate virginis timuerunt et se plenarie correxerunt. Qua de causa introductum fuit, quod fratres inclinarent profunde incurvati toto corpore super genua. Amen. 16

77. Quum autem incipitur ymnus : « Nunc sancte etc. », fratres devote debent suspirare, quod spiritus sanctus se ingerat in cordibus suis. Exemplum : Sicut Clemens quartus scripsit, quod in Monte pesulano domina Maria soror eius in capitulo generali hora tercia, dum in pentecoste cantaretur : « Veni Creator Spiritus, » flamma magna descendit in medio chori in pendulo aere, que totum chorum et omnes fratres involvit et illustravit et usque ad ymni consummacionem duravit. Et tunc ipse ait : « Gracias tibi ago, Ihesu, qui, sicut pauperes piscatores visitasti, sic nunc et pauperes predicatores visitare dignatus es. » Hoc ipsum secunda die post penteco-

stem et tercia die vidit; et in completorio similiter vidit beatam virginem (1), ut infra dicetur.

78. Hoc similiter multum provocat fratres ad continuandum horas diei et noctis, eciam infirmos et lectores. Fuit in uno conventu Lombardie frater antiquus, valde devotus, qui in choro existens semper in omni hora audiebat angelos cantare horas cum fratribus et interim melodias mirabiles facere; quod, (si) extra chorum, quantumcunque devote diceret horas, vel quantumcunque iuste occupatus non audire potuit. Et nunquam alicui revelare voluit; sed factus decrepitus cum baculo chorum intrabat claudicando, et ceteri fratres murmurabant dicentes : « Quare non dicitis horas cum infirmis? » Ille nolens angelorum solacio privari verba fratrum contemnebat et chorum die ac nocte continuabat. Quidam frater inter alios eum gravabat verbis,quem senex vocavit et cum lacrymis in confessione sibi dixit : « Frater, non me molestes. » Et dixit sibi causam. « Et tum post mortem meam do tibi licenciam, quod tu dicas. » Quo audito frater fuit edificatus et mortuo illo fratribus enarravit.

79. Finitis horis nullus loquebatur, sed sedens in claustro in silencio deum laudabant; et pulsata nola refectorium intrabant. O karitas! O devocio admirabilis! Gregatim ad serviendum unus pro alio se invicem et ad legendum se inferebant; nutu et signis pia karitate certabant igniti, quis servire posset; nec poterat frater, qui notatus erat * ad serviendum vel legendum, tota illa
*17 hebdomada servire nec legere. Qui vero serviebant, seipsos quasi dei angelos exhibebant, eos imitando, quia incipiebant ab inferioribus ascendendo. Et finito ministerio depositis capuciis inclinantes exibant; illud totaliter adimplentes, quod scribitur in regula : « *Sine murmure serviant fratribus suis.* » Quod si aliquid cibi aut vini effudissent, in fine prandii secundum constituciones inclinabant prostrati super terram.

80. Qui vero comedebant, silenter intenti lectori mense cibum cum graciarum actione sumebant, illud regule adimplentes : « *Quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contempcione audite, ne sole vobis fauces sumant cibum, sed et*

(1) *Sicut Clemens - virginem* MOPH **1**, p. 60 sqq. § IV.

aures esuriant verbum dei. » Et quociens aliquid cibi aut potus apponeretur, inclinantes servitori hylariter regraciabantur; iterum scutellas de manu servitoris accipiebant et eius manus devotissime obsculabantur (1). Nam tunc temporis summum studium inerat prelatis, quomodo possent fratres refrenare ab indiscretis abstinenciis. Ipsi namque rigide servabant, quod scribitur in regula, quod *fratres doment carnem suam ieiuniis et abstinencia cibi et potus, quantum valetudo permittit.* Erant tunc aliqui, qui per octo dies nisi unum ciathum vini, scilicet in dominica bibebant. Alii cum aqua frigida saporem ferculorum diluebant; alii in tota ·XL^{a}· nisi unum ciphum vini in die iovis sancto bibebant. Alii, ne notam singularitatis incurrerent, nunc caseum, nunc vinum (2). Quibus beata virgo multas consolaciones eciam visibiliter faciebat. Nam fuit frater, qui magnus medicus et philosophus erat, qui videns cibaria ordinis, scilicet legumina, herbas, vinum limphatum contraria complexioni hominis, nolebat eis uti, sed aromata et speciales cibos sibi procurabat et in ferculis commiscebat. Quadam vice vidit beatam virginem in apparatu regali duabus associatam puellis intrare refectorium et fratribus singulis confectiones odoriferas propinare. Puelle subsequentes in cipho aureo vinum infundebant clarissimum et cuilibet abundanter dabant. Cum autem domina ad predictum novicium medicum advenisset, ei nihil dedit, sed ait : « O medice, cura teipsum! Non habet meas confectiones, qui ad partem sibi procurat alteras species. » Et statim disparuit. Novicius in lacrimas resolutus hoc magistro suo narravit. Cui respondit magister : « Sis certus, quod beata virgo fuit, quia nullus alius nisi tu eam vidit. » Ex quo correxit se. Et sequenti die iterum vidit beatam virginem sicut prima die ita et nunc facientem. Et cum pervenisset ad novicium, quasi hesitare visa est, utrum sibi aliquid propinaret. Cui ait novicius : « O domina mea, miserere mei, quia de cetero nichil in speciali michi procurabo. » Et tunc sussit sibi de vino et confectionibus; quibus gustatis omnis cibus carnium et piscium et omnia vina mundi sibi de cetero visa sunt fere nichil.

81. Post prandium fratres ibant ad ecclesiam sive ad cellam et ymaginem crucifixi, quia illa hora mortuus iacebat in cruce, de-

(1) *Iterum - deosculabantur* MOPH **1**, p. 150. — (2) *Erant - vinum* lc. p. 150.

votissime aspiciebant. Unde unus lambens pedes imaginis crucifixi et sanguinem pedum eius sensit cibum dulcissimum introire os suum, qui odore superabat omnia aromata mundi. Ex tunc fortificatus non solum in anima, imo et in corpore omnia solacia mundi con-
* 17 tempnens * totum suum solacium fuit orare et studere (1). Alius plorans peccata obsculari cepit pedes pueri, quem beata virgo in brachiis tenebat, et statim quasi favus mellis os eius et labia adimplevit, quod masticabat et ruminabat suaviter nimis (2).

82. Alter, qui libenter laudabat beatam virginem, vidit beatam virginem [cum] duabus puellis ad se venientem, et consolata est eum, quia timebat infirmari propter austeritatem ordinis; deinde dedit ei tria poma, que in manu habebat, et iussit, quod comederet; et ait : « Iste cibus erit tibi in fortitudinem ad sustinendos labores ordinis tui et contra omnem infirmitatem »; qui statim sanus et fortis effectus est (3).

83. Alter frater temptatus redire ad prebendas suas, quas reliquerat, cogitabat se facturum eleemosynas multas, et plus placeret deo illud, quam vivere in ordine predicatorum. Cui beata virgo apparuit et ciphum vini turbulenti et amari sibi primo dedit et ait : « Quid bibisti? » Respondit « Vinum pessimum. » Tunc propinavit vinum clarissimum eidem et ait : « Quid bibisti? » Qui respondit « Vinum optimum. » Et subdidit beata virgo : « Sicut est distancia inter vina ista, sic est adhuc maior distancia inter vitam clerici et eleemosynarii et sancti et inter istam vitam sanctissimam, quam in ordine predicatorum accepisti; nec timeas, quia ego tecum sum. » Qui confortatus factus est magnus lector et predicator optimus (4).

84. Et mirabile erat, quod nunquam aut raro ecclesia erat sine orantibus fratribus; et adhuc mirabilius, quia non erat fas alicui fratri ab oracione surgere, nisi prius ibidem nova gracia de celis eis superfunderetur (5). Et hoc fiebat, quia fratres reputabant seipsos vermes et lutum fetidum : Unde quidam frater se consolacionibus talibus dignum reputans, dominum quadam vice ante crucifixum reprehendebat dicens : « Si uni tyranno servissem ita fideliter, sicut tibi servivi in hoc ordine, aliquod signum benevolencie ostendisset : Ecce alii fratres, qui non serviunt tibi sicut ego, recipiunt multas consolaciones spirituales et ego non. » Et subito a tergo quidam horribilis ethiops astitit, qui ipsum cum malleo in renibus percussit et ad terram prostravit. Qui in infirmariam portatus fetebat horribiliter et per tres ebdomadas iacuit et

(1) *Unde unus - studere* MOPH **1**, p. 217 § XII. — (2) *Alius - nimis* lc. p. 214 § V. — (3) *Alter qui - effectus est* lc. p. 217 § XII. — (4) *Alter - optimus* lc. p. 203 § VII. — (5) *quod numquam - superfunderetur* lc. p. 148.

quam cicius potuit, ad crucifixum rediit dicens culpam suam de presumpcione. Cui vox de celis facta est : « Si vis consolaciones habere spirituales, oportet, quod te ipsum reputes vilem quasi vermem et velud lutum, quod calcatur sub pedibus. » Unde fuit frater Teutonicus, qui legens illud : « descendit cum eo in foveam, scilicet Christus cum peccatore extrahens eum » — cogitans de amore dei, qui eum de periculis peccatorum extraxerat ; qui amore Ihesu languebat nec (!) vix cibum capere poterat. Unde factus est ita humilis et in tantam mentis puritatem devenit, quod nullus eum perturbare poterat (1).

85. Tanta erat oracionis instancia, quod portarius vocans fratrem primo intrabat ecclesiam, quia nusquam melius inveniri poterant fratres quam in ecclesia ; orantes alii protractis suspiriis et amaris singultibus sua et aliorum peccata largissime deplorabant ; alii genuflectebant ·C· aut ·CC· vicibus inter diem et noctem. Singula altaria quasi [per] quandam peregrinacionem visitabant facientes de sanctis, quibus erant dedicata, speciales memorias. In fine ante tabernaculum altaris maioris quasi ad locum, * ubi Christus * 18
ascendit celum, suam peregrinacionem terminabant. Erantque in ecclesia tanti ploratus, quod vicini circumstantes crederent, quod funus ibidem ploraretur ; sed explorantes per rimas portarum, quod fratres in oracionibus plorabant, intrabant ordinem et domos suas cum domibus fratrum coniungebant (2).

86. Inerat tunc temporis fratribus unum optimum, quod eos in pace conservabat ; quia nulli fratri erat cura de aliquo negocio seculari, nec eciam de temporalibus in conventu aliquis in aliquo se intromittebat, nisi procurator et prior ; sed tantummodo peccata sua plangere et divinis intendere satagebant.

87. Inerat eciam fratribus tantus zelus animarum, quod ipsi cum tuta consciencia non comedebant illa die nisi uni aut pluribus predicassent (3). Ubi nota, quod socius predicatoris habet coronam sicut ille qui predicat. Nam fuit frater in Anglia, qui licet non predicaret, tamen libenter predicatores associabat ; et hesitabat de premio, quod habent socii predicancium. Et factus in spiritu vidit choros sanctorum in albis, qui ibant bini et bini ; et super duos et duos erat una corona tantum, que prominebat nobilissima ; et intellexit, quod socius sicut et predicator coronatur. Deinde dixit : « Vidi in celo evangelium pulcerrimum ; ecce vado audire illud. » Quo dicto statim expiravit (4).

---

(1) *Unde quidam - poterat* lc. p. 156 § II, p. 158 § III. — (2) *Tanta erat - coniungebant* lc. p. 148 sq. c. I. — (3) *ipsi - predicassent* lc. p. 150. — (4) *Nam fuit - expiravit* lc. p. 267 § XIII.

88. Inerat eis consciencie puritas mirabilis; nam primos motus carnis sentire nefas reputabant; sed ibidem commorari per moram parvissimam turpissimum scelus esse credebant. Unde quilibet frater omni die mane, meridie, sero sacramentaliter confitebatur; minimas culpas cum lacrimis, aperte, cum circumstanciis exprimebant. Fuit frater, qui propter suam mundiciam raro confitebatur. Hic positus in extasi vidit super altum montem Christum et beatam virginem iuxta eum; inferius in valle erant innumerabiles persone et iudicabantur unus post alium. Aliqui ibant in paradisum, aliqui in infernum, aliqui in purgatorium. Hic frater tractus ad iudicium condempnatus est ad purgatorium. Tunc ait beata virgo : « O fili, Ihesu, quare vis mittere istum fratrem ad purgatorium, qui est de illo ordine predicatorum, qui tibi facit tot servicia et michi? » Respondit Ihesus : « Hoc facio, quia tarde et raro confitetur; tamen tibi eum concedo, quod ad vitam redeat et emendet. » Quod et fecit (1).

89. Communiter utebantur cilicio ad carnes et loco cinguli cathenam grossam super lumbos die ac nocte deferebant. Pro nulla re aliquis ante terciam nec post vesperas loquebatur, ut supra dictum est. Infra diem ad locutorium ibant duabus de causis, sicut supra dictum est; et nonnisi utilia et de deo loquebantur. Fuerunt in uno conventu Lombardie duo fratres devoti, qui ibant per ortum in meridie loquentes de deo. Et frater antiquus in fenestra dormitorii existens vidit angelos super capita fratrum astare in aëre et cum manibus elevatis deum benedicere; sed dum fratres ad verba inutilia et ociosa descendissent, angeli mirabiliter indignati obturantes nares ipsos dereliquerunt; et statim in aëre super capita fratrum grex porcorum nigrorum affuit, qui stercorizabant super capita fratrum et rugiebant terribiliter. Finaliter fratres ad loquendum de deo redierunt, et statim porci abierunt et angeli laudantes deum accesserunt et fratres ab immundiciis cum aqua laverunt. Ex hoc ille frater agnovit, quod ad dei verba redierant; quod postea eis narravit. Quo audito multum timuerunt et penitenciam egerunt (2). Unde dixit magister Iordanis : « Sicut cantor in choro, qui quantumcunque alte
*18 incipiat, et tamen semper vox cantancium * frangitur et descendit, tunc iterum vocem elevat, sic frater in locutorio existens videns

(1) *Fuit frater - fecit* lc. p. 166 c. VIII. — (2) cf. VP¹ p. 762 (506).

de verbis bonis se ad casum verborum inutilium descendisse, debet statim sancta interponere et nociva verba intercidere (1).

90. Circa hospites fratres certabant, quis posset eorum pedes lavare et obsculari. Deinde sutilares et centonas propinabant eisdem, quos videbant indigere; alius vestibus se expoliabat et hospitibus dabat, quos nunquam prius viderat; pio affectu eis astabant et eos recreabant (2).

91. Circa fratrem, qui mutabatur de conventu contra suam voluntatem, totus conventus lacrimabatur; cum usque ad portam associabant; alius pecuniam illi dabat, alius sutilares, alius librum, ut sic consolaretur. Nunquam fratres illius conventus ab oracione cessabant, donec frater suus fuisset in conventu repositus et restitutus.

92. Circa infirmos totus conventus prior, lector, clerici, conversi indefesse ministrabant, de nocte vigilabant; proprias pecunias, si quem contigisset habere, propinabant. Prior pocius conventum pictancia carere per unum mensem sinebat, quam quod frater infirmus aliquo indiguisset sive conversus sive clericus.

93. Cumque sic totam diem fratres expendissent in oracionibus et operibus pietatis, ibant hora sua ad vesperas et deinceps nullus loquebatur, sed orabant in ecclesia aut in cellis.

94. Ad completorium quasi ad unum festum solempne fratres se preparabant et Salve Regina devotissime et altis vocibus decantabant. Nec mirum; nam supradicta (3) domina Maria, soror pape Clementis quarti, que vidit Spiritum Sanctum super fratres descendere in tercia in die pentecostes; eodem die vidit in processione de Salve Regina beatam virginem cum parvulo Ihesu in brachiis in ecclesia post magistrum processionaliter advenire; et incipiens a iunioribus cunctos fratres resalutabat et filium eis dabat, qui garritibus exultabat in faciem fratrum cantancium in honorem matris sue. Et cum utrumque chorum circumgirasset, in medio acolythorum se posuit. Et cum fratres dicerent : « Et Ihesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende » se versus fratres revolvit et filium eis ostendit; et finita collecta super altare advolavit et celum conscendit. Hoc ipsum secunda et tercia die fecit (4). Ad idem : Mulier, nacione

(1) *Unde dixit - intercidere* MOPH **1**, p. 143 § XIV. — (2) *Circa - recreabant* lc. p. 150. — (3) cf. supra **n.** 77. — (4) *et cum - fecit* MOPH **1**, p. 60 § IV.

Lombarda, deo devota fuit in civitate Marsilia; que existens in « Salve Regina » rapta in spiritu vidit quatuor devota et notabilia valde : quia dum fratres dicerent : « Spes nostra salve », quod beata virgo de trono suo respexit fratres dulciter et eos ylari vultu resalutavit; et cum dicerent : « Eia ergo », ipsa ante filium genuflexit et pro fratribus oravit; et cum dicerent : « Illos tuos misericordes oculos ad nos converte », ipsa vultu pia quasi columba dulcissima fratres intuita est; et cum dicerent : « Et Ihesum benedictum etc. », ipsa quasi in etate puelle ·XIIII· annorum, habens parvulinum Ihesum in brachiis, singulis fratribus ostendit. Et finita antiphona cum multis lacrymis suo confessori enarravit. Et mirum, quod cum omnino ignoraret literas, scivit distincte passus antiphone exprimere et visionem similiter de passu in passum (1).

95. Narravit magister Iordanis, quod frequenter beata virgo visa est, cum fratres cantarent : « Eia », quod ipsa ante fllium genuflectebat [et] pro conservacione ordinis adorabat (2). Et multi fratres et secu-
· 19 lares viderunt, dum fratres in processionem exirent, * beatam virginem simul cum multitudine angelorum de celo exire, et dum fratres cantarent : « O dulcis Maria » et inclinarent, quod ipsa fratribus reinclinabat et ipsos benedicebat. Et finita collecta, dum fratres ad chorum redirent, et ipsa redibat in celum (3). Alius vir secularis valde devotus retulit, quod sepe vidit, dum fratres cantarent « Salve Regina », quod ignis de celo descendit super caput fratrum cantancium devote illam antiphonam (4). Frater in Anglia infirmus a « Salve Regina » nullo modo remanere volebat. Quadam vice dum cantaretur : « Regina misericordie », rogavit eam, ut eius infirmitati misereretur. Cui beata virgo filium totum sanguinolentum ostendit dicens : « Quare non portas pacienter tuam infirmitatem ? Considera, quanta pro te sit passus filius meus Ihesus. » Quo dicto statim frater ab omni infirmitate se sensit omnino sanatum agens gracias deo (5).

His peractis non currebant ad volvendos quaternos, sed aliqui in ecclesia, aliqui in capitulo, aliqui in angulis claustri latitabant; omnes suas cogitaciones et verba illius diei districte examinabant; alii cum corrigiis, alii cum virgis se verberabant, ne sonus a longe audiretur (6). Unde fuit Bononie scolaris, qui audiens et per rimas porte videns fratres se verberare et deridens socium suum adduxit. Sed socius edificatus dixit : « Ve mihi misero, ex quo isti fratres seipsos verberant, quid ego peccator sum dicturus in die iudicii, qui nichil boni facio. » Et ordinem intravit (7).

---

(1) *Mulier - passum*, lc. p. 59 § II. — (2) *narravit - adorabat* lc. p. 60 § III. — (3) *et multi - celum* lc. p. 58 § I. — (4) *alius - antiphonam* lc. p. 63 § VI. — (5) *frater - deo* lc. § V. — (6) *His peractis - audiretur* lc. p 149. — (7) *Unde fuit - intravit* lc. p. 169 § II.

96. Facto sero intrabant dormitorium et diu orabant in cella vel aliquid studebant. Unde legitur, quod frater, dum studeret ad lumen et sompno gravaretur, ait ad crucifixi imaginem in illa cella depictam : « O domine, cur hec pacior? » Et vox de celis facta est ad eum : « Sompnus te gravat, quia porte non sunt clause. » Et frater : « Quomodo clauduntur? » Respondit vox : « De capite usque ad pectus et ab aure usque ad aurem. » Quod frater intelligens signo crucis se communivit dicens : « Declinate a me maligni, scrutabor mandata dei mei. » Et statim omnis sompnus evanuit (1).

97. Quidam novicius ante suum lectum orans vidit diabolum dicentem : « Volo me vindicare de istis fratribus » et voluit conventum comburere; quem novicius adiuravit, ne faceret. Tunc demon indignatus saltavit super novicium dicens : « Tu nuper eras de nostris et modo adiuras nos? Certe suffocabo te. » Et premebat eum. Sed novicius dicto « Ave Maria » eum fugavit (2). Alteri fratri apparuit in specie asini cornuti, alteri in specie draconis igniti; alteri in specie puelle pulcerrime; alteri ostendebat fornacem ignis, ubi fratrem volebat immittere (3); et alius frater vidit diabolum in tam horribili forma, quod ait : « Ego pocius intrarem furnum ardentem, quam eum intueri (4). » Et alius frater, qui vidit similiter diabolum ait : « Si in isto conventu esset unus ignis factus ex sulphure et ere, qui duraret usque ad aliud caput mundi, ego pocius percurrerem totum illum ignem, quam illam videre effigiem (5). » Unde oportebat fratres vigilare; et nunc isti nunc illi super quiescentes orare propter talia fantasmata (6) et aqua sancta mirabiliter legitur eos fugasse (7).

98. Fratres, dum intrarent lectos, specialiter ruminabant · VII · psalmos peni*tenciales ; unde unus frater dixit : « Ego nunquam · 19
possum quiescere, nisi prius rigem lacrymis lectum meum (8); ad literam implens illud (9) : *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.*

99. Quum fratres quiescerent, nunc angeli cum aqua sancta, nunc beata virgo cum aqua sancta fratres in lectis aspergebant et signabant, sicut supra dictum est. Et tamen fratres existentes in peccato non aspergebat. Magister Iordanis orans ante lectum suum vidit beatam virginem duabus comitatam puellis per dormitorium in profunda nocte aspergentem omnes fratres excepto uno. Qui exsurgens genuflexit coram ea dicens : « O domina, que estis vos? »

---

(1) *quod frater - evanuit* lc. p. 213 § III (ps. 118, 115). — (2) *quidam - fugavit eum* lc. p. 213 c. XXIV. — (3) *Alteri fratri - immittere* lc. p. 59 § I. — (4) *et alius vidit - intueri* lc. p. 222 § XIV. — (5) *et alius - effigiem* lc. 277 § IV. — (6) *unde - fantasmata* lc. p 59 § I. — (7) cf. lc. p. 287 § VI. — (8) *unde unus - lectum meum* lc. p. 148. — (9) ps. 6, 7.

Que respondit : « Ego sum mater dei, que veni visitare fratres meos. » Ait magister Iordanis : « Quare illum fratrem non aspersisti? » Que respondit : « Quia non est paratus. Scias, quod impetravi a filio meo, quod nullus frater in peccato gravi existens in isto ordine perseveret, quia aut peniteat aut exeat, ne istum meum ordinem fedet. Unde dic ei, ut se paret per puram confessionem. » Et subdidit beata virgo : « Inter cetera est michi gratum, quod in media nocte incipitis a laudibus meis, cum dicitis matutinas meas in dormitorio, et in die in laudibus meis terminatis (1) scilicet « Salve Regina. » Amen. » Ergo incipientes dicamus matutinas beate virginis. Amen.

100. Postquam deo dante complevimus, quomodo fratres nostri in principio ordinis servabant constitucionem beati Dominici, nunc videamus, qualiter regulam beati Augustini observabant totis viribus. Que regula ·VIII· puncta continet. Primum est obediencia. Tempore instantis electionis sive scrutinii fratres tunc temporis perquirebant sibi eligere in priorem illum fratrem, quem sciebant esse magnum pauperem, peius vestitum et magis scipsum despicientem ; quia iustum est, quod frater, qui se humiliat, exaltetur et promoveatur. Hunc in omni loco tanquam priorem reverebantur, deponentes capucia, assurgentes eidem, nihil omnino in eius presencia loquentes illud adimplentes : « *Honore coram vobis prelatus sit vobis* (2). Ugo de Sancto Victore in exposicione : Debent servi dei honorare magistrum, cuius pro amore dei susceperint magisterium. Ipse vero prior, quanto plus honoratur exterius, tanto in corde suo credit subditos suos maiores se esse in sanctitate. Unde sequitur : « *Timore coram deo substratus sit pedibus vestris* (2). » Cui fratres si obediunt et scipsos salvant et eius similiter miserentur, quia honus eius obediendo alleviant iuxta illud : « *Filius sapiens letificat patrem* (3). Et iterum : « *Preposito tanquam patri obediatur, multo magis presbitero* (2). » In exposicione : In ordinibus accipitur presbiter vel abbas maior vel magister ordinis ; in canonicis regularibus presbiter est ipse episcopus etc. (4). Exemplum : Frater Galiardus priorem suum verbis conturbavit et statim paralisi percussus obmutuit. Cui ait provincialis : « Tu peccasti in lingua et in lingua deus te punivit. » Qui ostendens signa contricionis, fratres pro ipso oraverunt, et restitutus est sibi sermo et confessus peccatum infra tres dies mortuus fuit (5). Ad idem : In conventu Ianuensi quidam frater contra prio-

(1) *Magister - terminatis* lc. p. 119 c. XXIV. — (2) ex regula b. Aug. — (3) Prov. 10, 1 — (4) *Debent - episcopus* ERA. p. 920 sq. — (5) *Fr. Galiardus - fuit* MOPH **1**, p. 281 § X.

rem dura verba habuit nec ipsum reconciliavit. Quem demones in cameris ceperunt et virgis et baculis verberaverunt, quamdiu se movere potuit; qui verba emendacionis ostendens dimissus est et pluribus diebus iacuit; et fragmenta baculorum per fratres in cameris inventa sunt (1). Unde distinctione · I^{a} · cap. · XIII^{o} · habetur, quod novicii sunt * instruendi propriam voluntatem deserere pro sui voluntate prelati, obedienciam in omnibus voluntariam observare (2). Et cap. · XVIII^{o} ·. Si quis per contumaciam vel manifestam rebellionem inobediens prelato suo exstiterit, vel cum eo intus vel foris proterve contendere ausus fuerit, est privatus voce, confessione, missa, predicacione et ceteris, que in capitulo de graviori culpa notata sunt (3). 20

101. Quid in libro collacionum de obediencia contineatur, audiamus. Inquit abbas Ioseph collacione · I^{a} · cap. · VI^{o} · : Pacis bonum acquiritur, quando frater in omnibus suam propriam resecat voluntatem nec sibi ipsi videtur consultus vel plus suis quam prelati difinicionibus obediat (4). Et collacione · II^{a} · cap. · XXVI^{o} ·. Quoscunque autem vidimus suis difinicionibus pertinaciter inherere, irracionabiles et indiscretos esse veraciter probavimus (5). Et abbas Piamon cap. · III^{o} · : Frater debet voluntatem suam abicere et seniorum dictis obedire, nec debet disputare, quare sit sic ordinatum, quia nunquam racionem veritatis intrabit, quicunque a discussione vel disputacione ceperit erudiri; nam diabolus videns fratrem pocius suo consilio quam consilio antiquorum adherere, in tantum eum cecat, quod optima et salubria ei videantur superflua et pessima (6).

Nunc autem de libro exhortacionum patrum audiamus. Nam monachus omne periculum corporis subibat pocius quam hanc vellet virtutem in aliquo violare. Unde beatus Macharius adhuc frater novicius interrogavit abbatem Zachariam dicens : « Frater, que est via eundi in paradisum? » Respondit abbas : « Quantum in me puto, videtur mihi certitudinaliter, quod monachus, qui in omnibus se subicit voluntatati prelati et refrenabit cor suum, ut nichil faciat, nisi quod sibi precipitur : quod ille vere est monachus » (7). Et abbas Ioseph Thebeus ait : « Ordo gratus deo est, quando frater sedens in cella paratus est statim surgere ad vocem prelati sui et officialium suorum et campanarum, que eciam sunt voces prelatorum, et in omnibus simpliciter proprie renun-

---

(1) *In conventu - inventa sunt* lc. p. 198 c. XVI § II. — (2) *propriam - observare* ALKM V. p. 542. — (3) *quod novicii - notata sunt* lc. p. 546. — (4) *Pacis - obediat* CSEL vol. XIII. XVI, 5 sq. (p. 442 sq.). — (5) *quoscumque - probavimus* lc. XVII, 26, p. 497. — (6) *Frater - pessima* lc. XVIII, 3, p. 508. — (7) cf. VP^{1}, p. 855 (562).

ciare voluntati. Item requiritur, si infirmatur et aliquis ei dixerit iniuriam addens ei dolorem super dolorem, quod semper gracias agat deo et iniurianti » (1). Et abbas Sisoys ait : « Esto despectus et contemptibilis et voluntates tuas post tergum proice; esto liber ab omni seculari negocio et requiem invenies (2). » Et abbas Pastor ait : « Obediencia est murus de ere, quem qui potest relinquere, dicet illud psalmi (3) : *In deo meo transgrediar murum* (4). Sed sunt aliqui fratres, quorum voluntates sunt demonia, quia ipsi volunt adimplere omne suum desiderium sicut demones faciunt. Non ergo dicant illi fratres, quod diabolus eos impugnat et temptat, ne obediant prelatis, quia diabolus non impugnat nisi cum monachis sanctis et perfectis sicut cum abbate Moyse et aliis patribus. » Ergo temptantur tantummodo a propria voluntate (5). Et abbas Iohannes in hora mortis interrogatus, quam viam tenuerat pre ceteris, respondit : « Nunquam feci propriam voluntatem nec unquam docui aliquid, quod ego primo non fecerim (6). » Et abbatissa Syncletice ait : « Obedienciam preponimus castitati ; nam castitas facit fratrem arrogantem et alios diiudicantem ; sed obediencia facit fratrem humilem (7). » Et abbas Pambo ait : « Maius est obedire quam ieiunare aut continere aut elemosynas facere aut hospites recipere aut omnia abicere ; quia omnia talia fiunt stante propria voluntate, sed obediens, quod sibi proprium, scilicet voluntatem, abscidit, talis proprie est confessor sanctus (8). » Et abbas Yperichius ait : « Ministerium monachi est obediencia ; quam qui fecerit, Christo crucifixo astabit, ei similis, quia et ipse factus est obediens usque ad mortem ; et ex hac obediencia exaltatus est usque ad dex-
20 teram * patris (9). » Et abbatissa Sincletice : « Oportet nos cum discrecione animas gubernare et in congregacione non que nostra sunt querere, nec servire proprie voluntati, quia sumus alienati a seculo et nos prelato nosmetipsos tradidimus : obedire per omnia propter deum (10). » Et abbas Antonius ait : « Via perveniendi cito ad culmen perfectionis est obediencia. » Hoc dicebat, quia Paulus simplex veniens de rure propter suam excellentem obedienciam in parvo tempore faciebat maiora miracula, quam faceret beatus Antonius (11). Nunc aliqua exempla videamus de ipsa obediencia. Nam abbas Silvanus habuit XI discipulos, inter quos erat unus, qui in omnibus statim obediebat, unde dictus est « Marcus obediens. » Hunc valde diligebat ; et videns quod alii X discipuli moleste portarent et murmurarent, vocavit circumstantes senes et eis narrabit bonitatem Marci obedientis ; et volens probare, ipsum vocari fecit. Qui statim

---

(1) cf. lc. p. 856. — (2) cf. lc. p. 857 (563). — (3) Ps. 17, 30. — (4) cf. lc. p. 922 (602). — (5) cf. lc. p. 923 (602). — (6) cf. lc. p. 856 (562) — (7) cf. lc. p. 949 (618). — (8) cf. lc. — (9) cf. lc. p. 950. — (10) cf. lc. — (11) de Paulo simplici cf. lc. p. 1126 sqq. (730 sqq.).

deposito calamo, quo scribebat literam O, surrexit nec calamum circumgiravit, ut O compleret, sed imperfectum reliquit. Tunc senes videntes eius promptam obedienciam cellam eius intraverunt, et comperto, quod literam O non finisset, eum laudaverunt et coram aliis ‘X’ discipulis eius virtutem predicaverunt. Quo audito et ipsi edificati sunt et dixerunt : « Merito plus nobis est diligendus (1). » Quidam monachus cepit tristari eo, quod unum filium suum longo tempore non vidisset ; unde abbas ei licenciam concessit, quod puer portaretur ad monasterium. Qui dum advenisset, pater eius dulcissime eum suscepit. Cui ait abbas : « O frater, numquid multum amas hunc filium » ? Qui respondit : « Utique. » Cui abbas : « Ego precipio tibi, ut ipsum sine mora proicias in furnum igne plenum, ubi panes coquuntur. » Qui absque omni mora ipsum in furnum proiecit. Cui abbas iterum ait : « Ego precipio tibi, quod obstruas os furni cum lapidibus, ne exeat. Quod et statim fecit ; et sic puero relicto in furno pater tristis abscessit plorans. Post magnum tempus abbas iterum vocavit monachum dicens : « Ego precipio tibi, quod propriis manibus eum modo extrahas. » Quod et fecit. Et invenit filium suum in medio flammarum quasi in medio pradi floridi iochantem ; quem cum leticia suscepit, deo gracias agens (2). Abbas Iohannes brevis stature habuit discipulum, qui tantum distabat a fonte, quod auriens aquam vix in spacio unius noctis poterat ad ipsam cellam suam conducere. Videns abbas, quod frater aque penuriam sustinebat, volens eum probare precepit ei, ut de aqua, quam tam laboriose accipiebat adaquaret omni die unum truncum fixum in pariete. Quo facto truncus floruit et fructus protulit ; videlicet pira pulcriora. Tunc abbas convocans monachos dixit eis : « Venite et comedite de fructu obediencie (3). » Alter senex precepit uni monacho volens eum probare, quod intraret in speluncam leonis et portaret sibi de fimo, qui erat utilis sibi pro medicina ; et subdidit : « Si inveneris leonem aut leenam, ipsos adduc ad me. » Frater statim ad speluncam ivit, fimum collegit et leena cum mansuetudine ei locum dedit. Cui ait monachus : « O leena, abbas meus michi precepit, quod si te invenero, te ducam ligatam ad eum ; ergo veni. » Quo audito leena obedivit et se ligari permisit. Et abbas videns, quod leenam adduceret ligatam, timens, ne ex hoc superbiret, ei obviavit dicens : « Miser, cum debuisti michi adducere leenam, adduxisti unam catulam ; dimitte eam abire. » Quod et fecit * (4). Duo fratres fuerunt in eodem monasterio, quorum alter erat preclare castitatis, alter preclare obediencie. Cum autem pariter super uno defuncto

* 21

(1) cf. lc. p. 948 (617). — (2) cf. lc. p. 952 (620). — (3) cf. lc. p. 948 (617) — (4) cf. lc. p. 948 (617).

orarent, resurrexit. Credens monachus castissimus, quod suis meritis resurrexisset, Christus apparuit abbati dicens : « Ego sum Christus, qui nunc ad vitam revocavi defunctum ob merita fratris obedientis. » Tunc abbas vocavit ambos et narravit eis, quidquid fecerant, et obstupuerunt, quomodo hoc sciret. Deinde dixit, quod dominus Ihesus ei dixerat, quod propter obedientem monachum miraculum esset factum. Et ambo laudaverunt deum (1). Alter senex raptus ad celum vidit unum exercitum sanctorum, qui erant albiores nive et lucebant sicut sol; et postea vidit alium exercitum sanctorum, qui erant longe pulcriores; deinde vidit alium exercitum [sanctorum], qui erant adhuc pulcriores. Ultimo vidit alium exercitum sanctorum, qui erant pulcri super omnes et lucidi nimis et liberi et agiles plus quam ventus; et quilibet habebat circa collum torquem auream. Et angelus dixit seni : « Primus ordo sanctorum sunt homines infirmi, qui semper in suis infirmitatibus deo gracias agebant de tribulacionibus suis; secundus ordo sunt homines, qui libenter recipiunt peregrinos; tercius sunt monachi solitarii; quartus ordo sunt monachi, qui obediebant prelatis in omnibus. » Ait senex : « Quare sunt in tanta excellencia super alios, ut habeant torquem auream? » Respondit angelus : « Quia primi tres ordines habent aliquid sui iuris et de propria voluntate; soli obedientes totam voluntatem suam faciunt perdere secundum voluntatem prelati sui et dei. Unde scias, quod obediencia facta propter deum est salus fidelium, mater omnium virtutum, adeptrix regni celorum; celi portas aperit; homines de terra usque ad celum mittit, angelorum societatem promeruit et est cibus sanctorum omnium. Ergo ipsam tene et indubitanter sanctus eris. » Senex ad se reversus gracias egit (2).

Bene ergo dicitur : *Preposito tanquam patri obediatur* (3). Ugo in exposicione : Obediencia, si de suo aliquid habet, nihil est, ut cum iniungitur locus superior, puta cum fit aliquis prior, inquisitor, intellige, si ad hoc proprio desiderio anhelat. Item obediencia fere nichil valet, si omnino de suo nichil habeat, cum frater obedit, sed murmurat. Oportet ergo, quod obediencia in adversis aliquid de suo habeat et in prosperis omnino nichil habeat de suo. Et infra : Innocens esse non potest, qui obedire contempnit; et quia non est innocens, non potest esse ovis Christi, quia oves Christi vocem eius audiunt (4). Contra inobedientes et murmuratores habetur exemplum. Cuidam fratri magni valoris iniuncta fuit obediencia, ut iret ad terminos satis remotos; qui impacienter accipiens per viam murmurabat dicens : « Quid fecisti isti priori? quid merui, ut irem

(1) cf. lc. p. 951 (619). — (2) cf. lc. p. 952 (620). — (3) e reg. b. Aug. — (4) *Obediencia - audiunt* ERA p. 919.

per questas? quis consuluit?» Et dum murmuraret audiente socio, statim ad terram prosternitur, verberatur, os inflatur, facies denigratur, sermone privatur. Tunc socius clamavit dicens : « O frater, hoc evenit tibi propter murmur, quod tota die replicabas; fac votum magistro Iordani, qui nuper migravit, quod de cetero non murmurabis. » Qui ad cor rediens magistro Iordani vovit, quod amodo in omnibus obediret. Quo dicto statim sanus est effectus et ylariter suo obedivit prelato (1). Ubi nota, quod prior debet iniungere fratribus obedienciam cum omni dulcedine. Unde ait quidam senex : « Obediencia iniuncta cum furore a diabolo procedit; ideo deus subtrahit a corde fratris, quod non obediat ei (2).» Ubi nota, quod prelato eciam in his, que minus bona videntur, est obediendum. Unde senex precepit discipulo suo dicens* : «Vade, licet * 21' sit hodie sexta feria, comede sichomoros. » Sed frater non comedit; et postea ait : « Pater, erubesco, quod tibi non obedivi, quia licet preciperes, que sunt contra consuetudinem monachorum, tamen sine racionabili causa non dixisses. » Respondit senex : « Fili, patres in principio precipiunt discipulis suis eciam non recta, ut probent, an sint bene obedientes; postea, cum vident eos perfectos circa omnem obedienciam, non precipiunt, nisi que recta sunt. (3). Unde dist. · I^{a} · cap. · II^{a} · . Quando prelatus iniunxerit aliquid facere vel dicere, inclinent se; cum autem iniunxerit aliquod officium vel obedienciam vel ministerium, prosternat se frater suscipiens, quod ei iniunctum fuerit (4).

103. Secundus punctus est vitare iram et lites. Unde dicitur : « *Lites aut nullas habeatis;* (5) » quasi dicat : Totis viribus studete, quod nunquam irascatur aliquis frater contra alium fratrem. Ugo in exposicione regule : Nulli irascenti ira sua videtur iniusta. In evangelio : « *Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehenne ignis* (6). » Debet ergo, sicut grave peccavit, graviter penitere; et ideo melius est non peccare quam emendare. Quod si per fragilitatem frater peccat, faciliter corrigitur, si cito recognoscit. Hinc est quod dominus ait ad serpentem : « *Ipsa conteret caput tuum* (7). » Caput serpentis conteritur, quando ibi peccatum corrigitur, ubi nascitur (8). Unde in libro collacionum abbas Moyses dicit collacione · I^{a} · cap. · VII^{o} · : Non enim est tantum lucrum ieiunii, quantum ire dispendium (9). Et abbas Cerimon collacione · II^{a} · cap· · VI^{o} · : Quanto frater longius iracundie propulerit passionem, tanto plus castitatem forcius obtinebit;

---

(1) *cuidam - prelato* MOPH **1**, p. 135 § III. — (2) locum non inveni. — (3) cf. VP^{1} p. 917 (599). — (4) *Quando - fuerit* ALKM **V**, p. 537. — (5) e reg. b. Aug. — (6) Matth. 5, 22. — (7) Gen. III. — (8) *Nulli - nascitur* ERA p. 913. — (9) *Non enim - dispendium* CSEL c. I, 7, p. 13.

nec poterit quis adversus carnem suam libidinem comprimere, nisi prius armis mansuetudinis armetur. Unde in evangelio : *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram* (1), id est carnem suam, et inhabitabunt in ea, scilicet in carne in seculum seculi super eam dominando carnem (2). Et in libro exhortacionum dixit abbas Agathon : Frater iracundus eciamsi mortuos suscitaret, non posset placere deo vita eius (3). Et abbas Moyses ait : Si frater eiicit tibi oculum de capite, et irasceris, iniuste facis. Sed si contingat, quod frater velit te a deo separare et in peccatum adducere, contra eum iuste poteris irasci et non propter aliquam [aliam] causam. Nam qui potest iniurias audire et pacienter substinere et pro anima iniurantis deum exorare, hic indubitanter salvus erit (4). Et abbas Amonas oravit deum per ·XL· annos continuos, ut deus auferret ab eo iram (5). Et alter senex iacuit per ·XL· annos inter spinas erectus nec dormivit, ut haberet virtutem contra iram (6). Et abbas Ysidorus interrogatus, quare demones eum timerent, respondit : « Semper studui, ne ira ascenderet usquam ad os meum ; et iam sunt ·XL· anni, quod non consensi primis motibus concupiscencie et ire. » Et abbas Esius [nec] a diabolo nec ab hominibus molestabatur ; et interrogavit abbas Ioannes eum dicens : « Quomodo sic profecisti ? » Respondit abbas Esius : « Quia sunt ·XL· anni, quod sol non vidit me comedentem. » Ait abbas Ioannes : « Anni ·XL· sunt elapsi, quod sol non vidit me irascentem (7). » Et alius senex ait : « Tres sunt ordines iracundorum. Quidam audiunt libenter iniurias et non respondent, sed parcunt ; et isti secundum naturam sunt filii dei, quia ipse est humilis corde et totus mitis. Quidam turbantur de iniuriis, sed faciliter parcunt, et isti sunt filii Ade, quia homo est animal mansuetum secundum naturam. Quidam libenter dicunt aliis iniurias, et si eis dicuntur, non parcunt, et isti sunt filii diaboli secundum naturam ; nam semper vult alios ledere et non vult resistenciam, quia superbissimus est (8). » Et subdidit :
*22 « Si ira est in corde, conserva eam, ne veniat ad linguam ; * si venit ad linguam, coarcta eam ibidem. Nam vidi quadam vice abbatem Achillem spuentem sanguinem et dixit mihi admiranti : « Sermo iniuriosus me contristavit et sum conatus eum tenere in ore, et deprecatus sum dominum, ut auferret ipsum a me ; et factus est sermo sanguis in ore meo, et nunc expui illum et quievit cor meum et dolor totaliter a me recessit (9). »

Unde abbas Ioannes collat. ·XVIIII[a]· cap. ·XIV[o]· : Nihil dispendiosius iracundia et nichil preciosius animi tranquillitate, sine qua

---

(1) Matth. 5, 4. — (2) *quanto - carnem* CSEL lc. XII, 6, p. 341 sq. — (3) cf. VP[1] p. 914 (597). — (4) locum non inveni — (5) cf. lc. p. 894 (584) ubi legitur XIV loco XL. — (6) lc. — (7) cf. lc. p. 867 (569). — (8) cf. lc. p. 773 (512). — (9) cf. lc. p. 776 (514).

puritas cordis non obtinetur, ad quam acquirendam frater sic operabatur ; nam in cella se includens omnes iniurias adversum seipsum proferebat et qualiter deberet occurrere, si ab aliquo fratre sibi diceretur, iugiter meditabatur ; et surgens in magnam fiduciam auxilii divini dicebat : Domine, nunquam turbabor contra fratrem michi iniuriantem. Et postea ibat ad locum, ubi convenire consueverant patres. Et si aliquid sibi dicebatur, non curabat et factus est pacientissimus. Quadam vice impacienter audivit et respondit ; et pergens ad cellam sibi ipsi loquebatur dicens : « Tune es ille, qui consuevisti dicere domino : *proba me, domine, et scito cor meum, interroga me et cognosce semitas meas et vide, si via iniquitatis in me est?* (1) Quomodo ad levissimum verbum corruisti ? » Et de cetero factus est perfectus (2). Sequitur : *Quicunque convicio vel maledicto vel aliquo criminis obiectu aliquem leserit* (3), debet ad pedes eius humiliter se prosternere nec surgere debet, donec frater sit reconciliatus sibi. Et certe frater debet statim parcere, ut habetur in exposicione, propter oraciones, id est propter « Pater noster » ; quia si frater non parcit, in ipsa oracione seipsum diiudicat, inducens super se maledictionem, et oracio salubris fit noxia, quia adversus nos iracundiam dei invocamus. Nam hec oracio delet peccata venialia cotidiana, delet et similiter scelera, que confessa sunt ; unde in evangelio dominus (4) ait : « *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis pater vester celestis peccata vestra ;* » si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra (5). Unde abbas Ioseph collat. · I^{a} · cap. · VI^{o} · ait : Ad veram amiciciam Christi oportet nec iustis nec iniustis causis aliquo modo irasci, imo omnem fratrem tibi iniuriantem sine omni causa totis viribus tibi pacificare, sciens tibi esse perniciosam eius tristiciam nisi, quantum possis, eam de mente ipsius expellere curaveris (6). Unde abbas Epiphanius ait : Ex quo fui monachus, si aliquem fratrem contristavi, non permisi eum intrare lectum, nisi prius eum pacificarem (7). Frater Nicolaus, provincialis Romane provincie, recepit iniuriam a quodam fratre, et ille mortuus est absque eo, quod ipsum fratrem Nicholaum pacificaverit ; et postea apparuit ei dicens : « Frater Nicholae, indulge mihi. » Respondit frater Nicholaus : « Tu es in manibus Christi ; petas veniam ab eo. » Frater ille mortuus ivit ante pedes Ihesu et veniam peciit ab eo. Respondit Ihesus : « Non concedo tibi veniam, nisi prius impetres ab illo fratre, quem lesisti. » Tunc frater mortuus iterum venit ad fratrem Nicholaum veniam postulans, et ille statim indulsit. Et subdidit

---

(1) Ps. 25, 2. — (2) *Nichil - perfectus* CSEL lc. XVIIII, 14, p. 548 sq. — (3) e reg. b. Aug. — (4) Matth. 6, 14. — (5) *Quicumque - vestra* ERA p. 914 sq. — (6) *Ad veram - curaveris* CSEL lc. XVI, 6, p. 443. — (7) cf. VP^{1}, p. 866 (568).

frater mortuus : « O frater Nicholae, nimis est grave offendere fratres et gravissimum non placare (1). Unde dist. · I[a] · cap. · XIV[o] · habetur : « Si quis fratrem suum in aliquo scandalizaverit, tamdiu ante pedes eius prostratus iaceat, quousque placatus erigat eum (2). Hic advertendum est, quod vicium ire non sit tantum ab homine, sed a demone procuratum, qui operibus nostris et actibus se immiscet. Ubi sciendum, quod demon constitutus super hoc vicium est quidam ethiops habens vultum sanguineum et semper stridet dentibus. Exem-
· 22' plum : « Quidam monachus * dereliquit monasterium, ubi multociens turbabatur, et intravit heremum, credens, quod nullus eum ibidem conturbaret. Et quadam vice portavit unam lagenam aque ad cellam suam et diabolus eam evertit et turbatus est monachus. Iterum portavit aliam, quam evertit diabolus ; similiter et tercia vice evertit. Quod videns in furiam conversus lagenam confregit contra terram, et ad se reversus ait : « O pie Ihesu, bene video, quod ubique, tam in heremo, quam in congregacione opus est laboris et paciencie, quia diabolus ubique nos impugnat. » Et rediit ad cenobium (3). Ad idem : Duo fratres carnales erant in una cella : minor accendit candelam hora matutinali et posuit super candelabrum; et diabolus candelam deiecit ad terram ; et maior turbatus percussit fratrem iuniorem dicens : « Quare non firmasti candelam, ut non caderet? » Ait ille frater minor : « Non conturberis, quia ego bene accendam eam. » Et quia frater minor fuit paciens, demon fuit iussu domini Ihesu ligatus et tortus et tormentatus usque mane. Facto die quidam sacerdos ydolorum in ecclesia vigilabat coram idolis ; et subito princeps demonum convocatis omnibus demonibus eos interrogabat, quid fecissent. Inter aliquos spiritus ire advenit et narravit, quod fuerat ligatus propter pacienciam monachi ; tunc princeps demonum ait : « Ve, ve, quia si turbamus monachos christianorum et inveniatur inter eos aliquis paciens et faciens penitenciam pro aliis, ille monachus destruit omnia opera nostra ; » et eiulando evanuit. Quo audito sacerdos ista audiens ait : « Bene video, quod christiani sunt amici dei, quorum paciencia debellat omnes demones ydolorum ; » et factus christianus intravit monasterium et super omnes erat mansuetus nec aliquo modo poterat conturbari. Interrogatus, unde ei tante inesset virtus, respondit : « Quia audivi demones dicentes, quod mansuetudo destruit omne opus et omnem virtutem demonum ; ideo studeo per omnia fieri mansuetus (4). »

104. Tercius punctus dicitur pertinacia, quando frater nunquam *vult petere veniam*, vel, si petit, ficticie petit ; *talis est in monasterio sine causa* (5), id est frustra ; quare ex quo non reconciliat

(1) cf. *Nicholaus - placare* MOPH **1**, p. 210, c. XXII § II. — (2) *si quis - eum* ALKM V, p. 543. — (3) cf. VP[1], p. 901 (589). — (4) cf. lc. p. 669 (630). — (5) e reg. b. Aug.

fratrem suum prohibetur offerre sacrificium, imo ante altare relinquere debet, donec sit facta reconciliacio. Ugo in exposicione : Ubi est inimicicia, omnia, que fiunt, omnia, que dicuntur, omnia, que audiuntur ita accipiuntur et in malam partem trahuntur, ut ad maiores proficiant inimicicias. Et quanto discordia longior, tanto erit pena prolixior. *Non ergo occidat sol super iracundiam vestram* (1); id est iram nostram ultra solis occasum non producamus. Omnes ergo celeriter omnem iram finite, quod fit, dum cito et ex corde ante fratris pedes iacemus prostrati (2). Nam fuit sentencia prius, quod si frater petit veniam animo ficticio, quod deus auferet a corde fratris lesi, quod sibi non poterit parcere. Unde in libro exhortacionum habetur, quod frater, qui dixerat alteri fratri iniuriam, ibat ad cellam suam, ut placaret eum; sed ille clausit hostium et noluit eum audire. Quod videns frater ille, qui ibat, conquestus est seni. Cui senex : « Tu ibas ad eum non humiliter, imo in corde tuo te iustificabas, ideo deus non tetigit sibi cor, ut te audiret. » Unde oportet, fili, quod eciamsi non offendisti, quod dicas in corde tuo : Ego dedi sibi causam; ego habeo totam culpam; et tunc deus tanget ei cor, ut te hylariter recipiat. Et subdidit senex unum tale exemplum : Duo monachi se castraverunt bona intencione propter regnum celorum; quos archiepiscopus Alesandrie excommunicavit. Fratres * indignati se ipsos iustificabant et iverunt ad * 23
archiepiscopum Ierusalem petentes iusticiam de archiepiscopo Alexandrie; similiter et ipse eos excommunicavit. Iverunt Romam; et papa eos excommunicavit. Qui adhuc magis turbati dixerunt : « Nos servavimus evangelium (3), ubi precipitur, quod debeamus nos ipsos castrare, et isti prelati consenciunt sibi ipsis in consiliis. » Ideo unus defert alteri : « Eamus ad Epifanium, episcopum Cipri, qui est sanctissimus, qui nos absolvet. » Et cum venirent ad insolam Cipri, ille episcopus ex revelacione hec presciens misit eis dicens, quod non intrarent civitatem, quia erant excommunicati. Qui compuncti recognoverunt se male fecisse et statim, quia se humiliaverunt, deus tetegit cor episcopi Epifanii, et misit, ut venirent ad eum secure et eos absolvit. Et postea subiunxit senex : « O fili, si hoc feceris et tu in corde tuo teipsum inculpaveris, frater te audiet. Quod monachus fecit et frater qui lesus fuerat, sine mora eum recepit (4). Unde fuit alter frater, qui audiens iniurias statim genuflectebat et obsculabatur manus fratris dicentis sibi iniurias et orabat pro eo instanter dicens : « Domine Ihesu, parce mihi, quia dedi causam isti fratri, quod diceret michi iniurias; similiter parce sibi. » Et determinatum fuit per sanctos patres, quod ille frater esset vere humilis (5).

---

(1) Eph. 4, 26. — (2) *numquam - prostrati* ERA lc. p. 916. — (3) cf. Matth. 19. 12. — (4) *frater - recepit* cf. VP[1], p. 968 (629 sq.). — (5) locum non inveni.

105. Quartus punctus est faciliter parcere. Unde subditur : Et frater, qui Iesus est, statim debet parcere. Ugo in exposicione : Sunt quidam fratres, qui se credunt sanctos, et confidentes de sua iusticia pigre veniam parant ; sed nichil proficit esse immunem a culpa, qui non est paratus ad veniam. Unde illud a nobis exigitur, quod nobis per penitenciam iam fuisse dimissum gaudebamus, sicut servus, qui accepta absolucione · X · milia talentorum, qui alteri servo non pepercit debitum · C · denariorum, iussit dominus exigi ab eo, quod ei iam dimissum fuerit (1). Ysidorus : Frustra sibi Dominum propiciari querit, qui cito in proximum placari negligit. Unde abbas Sysois ait fratri, qui nolebat parcere cuidam, sed volebat omnino se vindicare : « Noli, fili, te vindicare, sed dimitte deo vindictam. » Sed ille frater non acquiescebat ; tunc abbas Sysois ait cum lacrymis : « O dulcis Ihesu, iam non indigemus, ut tu cures de nobis, quia nos ipsi facimus vindictas nostras O Deus pater, quid dicam ? Homines volunt esse te maiores, quia tu non iudicas quemquam. O beata virgo, quid dices tu, quod homines auferunt officium filii tui, qui constitutus est iudex vivorum et mortuorum. » His dictis frater compunctus fratri, qui eum leserat, statim pepercit (2). Ubi nota, quod non de hominibus, imo de animalibus sumere vindictam apud patres nefas fuit. Unde accidit, quod culex unus percussit abbatem Macharium, qui turbatus propria manu culicem interfecit. Qui compunctus flebat dicens : « Ecce te vindicasti. » Et pergens ad nemus magnum, ubi culices erant permaximi, qui eciam aprorum cutem perforabant, se nudans inter culices seipsum iniecit, qui tam enormiter fuit morsus, quod in toto corpore et facie factus est ulcerosus quasi leprosus. Qui rediens ad cellam a suis discipulis non fuit agnitus nisi ad vocem (3).

106. Quintus punctus dicitur puritas cordis, quod est : dum oramus *in psalmis et ymnis hoc versetur in corde, quod profertur in ore* (4). Ugo in exposicione : Multum iuvat ad oracionis puritatem, si ab ociosis sermonibus temperemus nos et linguam ad sermones dei assuescamus ; quod cum frequenter facimus, necesse est illos sermones ad animam quasi ad propriam sedem recurrere (5). Unde abbas Moyses collat. · I^{a} · cap. · V^{o} · ait : Secundum apostolum finem
*23 habemus, scilicet vitam * eternam ; sed ad hanc vitam nos ducit scopacio sive puritas cordis, quod est oblivisci, que sunt posteriora et mundana et se extendere in anteriora, scilicet ad destinatum bravium vocacionis divine continue anhelare ; nec sunt ieiunia, vigilie, nuditas temporalium perfectio, sed perfectionis signum, quia ex his per-

---

(1) *Et frater - fuerat* ERA p. 914. — (2) cf. VP^{1} p. 774 (512). — (3) cf. lc. p. 1113 (722). — (4) e reg. b. Aug. — (5) *multum - recurrere* ERA p. 892.

venitur ad cordis puritatem. Est ergo opus, Christum crucifixum ante oculos mentis statuere et in reverberatis oculis eius passionem ruminare, sicut videmus sagittarios, qui totis viribus satagunt suas sagittas in signum imprimere, scientes, non aliter posse obtineri premia regis repromissa (1). Et cap. · XIII° · : Mens ergo deo inseparabiliter oportet inherere ipsumque contemplari. Tociensque senciat se a summo bono recessisse, quociens ab hoc intuitu fuerit separata, fornicacionem diiudicans eciam in momento a Christi contemplacione discedere. Et qui in istis commoratur, sine dubio in regno dei est, quia regnum dei intra talem fratrem est; quod nihil aliud est nisi dei iusticia et pax et gaudium. E contrario illi, qui sunt in discordia, in regno diaboli et in inferno ac morte sunt constituti (2). Et cap. · XIV° · : Quamobrem frater sciat illi regioni et ministerio se deputandum, cuius se in hac vita fecit participem. Nam nichil est tam proprium beatitudini sicut tranquillitas mentis et gaudium spiritus. Qui ergo deum semper videre cupiunt et contemplari, oportet eos esse mundos corde, id est puritatem cordis, de qua prediximus, obtinere. Fit autem talis contemplacio circa Christi incarnacionem, passionem et gubernacionem etc. (3). Et abbas Nestor collat. · I^{a} · cap. · XI° · ait : Quod evagacio mentis, que animum a Christi contemplacione distrahit, et non solum cogitacio turpis, imo ociosa a deo quantulumcumque discedens a perfecto monacho immundissima fornicacio deputatur (4). Et abbas Theonas collat. · III^{a} · cap. · VI° · ait : Impossibile est menti nostre divino frui semper intuitu, quin eciam in contemplacione ipsa subito de celis ad terram descendat vel cantans psalmos animum a sensu scripture divertat; que licet levia videantur, tamen viris perfectis minimarum rerum multitudo gravissima esse videtur (5). Et cap. · XIV° · : Licet, sicut dixit apostolus « non quod volo bonum facio, sed quod odi malum, hoc ago, tamen deus misericors audiens nos orare : dimitte nobis debita nostra, ab hoc peccato nos absolvit (6). Hanc cordis puritatem perfectius assequitur, qui crucem domini cotidie studet baiulare, sicut docet abbas Pinnufius institucionum lib. · IIII° ·,(7) ubi ait : Crux nostra timor domini est; sicut is, qui patibulo crucis affigitur, talis iam presencia non contemplatur nec de suis affectionibus cogitat, non pro crastino cura aut sollicitudine distenditur, nulla possidendi concupiscencia permovetur, nulla superbia, nulla contencione, nulla emulacione succenditur, non de presentibus dolet iniuriis, non preteritarum iam recordatur, sed cum adhuc spiret in corpore, cunctis elementis credit se defunctum,

(1) *Secundum - repromissa* CSEL lc. I. 5, p. 11 sq. — (2) *Mens - constituti* lc. I, 13, p. 19. — (3) *Quamobrem - gubernacionem* lc. I, 14. p. 21 sq. — (4) *quod evagacio - deputatur* lc. XIIII, 11. p. 413. — (5) *impossibile - videtur* lc. XXIII, 5, p. 648. — (6) *Licet - absolvit* lc. 13, p. 659. — (7) Ms *Pinnucius*, collat. C.

illuc premittens sui cordis intuitum, quo non dubitat se illico transiturum. Monachus sic faciens faciliter poterit suas concupiscencias mortificare et cordis puritatem, de qua supra dictum est adipisci. Est ergo crux signum, non cui contradicitur, sed ubi noster intuitus continue dirigitur et omnis cogitacio terminatur (1). Et in collacione abbatis Danielis cap. · II° ·, ubi agitur de hac mentis puritate dicitur, quod sicut stans in cella in puritate contemplacionis, (quod) spiritus sanctus eciam indignum et inherentem odoribus fragrantissimis subita visitacione replet in tantum, quod anima rapiatur et obliviscatur se esse in corpore. Et rursus nullis obstantibus causis tanta mesticia adimpletur, ut cella horreat,
*24 lectio (2) * sordescat, nec proposito metu inferni ante oculos, nec gaudiis paradisi, quod nullo modo potest ad illam consolacionem se convertere, quod evenit, ut sciamus, quod a nobis non est; item ut habita interdum caucius custodiatur : nam negligencius custodiri solet, quicquid creditur faciliter posse recuperari (3). Et abbas Ysaac collat. · II[a] · cap. · XXVI° · : Dum illud ineffabile gaudium mentibus nostris immergitur, quia aliquando tantum gaudium inducit, quod clamor gaudiosus ad longinquas partes diffundatur, aliquando subiecta illustracione intra cor fratris immergitur, ut frater non senciat quicquam, aliquando mirabiles lacrymas emittere facit (4). Et infra cap. · XXX° · : Signum, quod oracio exauditur, quando frater credit infallibiliter obtinere, quod orat iuxta illud (5) : « *Quicquid orantes petitis, credite et accipietis ;* » et quicunque dubitat, quod obtinebit, profecto non exauditur. Unde Ioannes (6) : « *Hec est*, inquit, *fiducia, quam habemus ad deum, quicquid pecierimus secundum voluntatem eius, audit nos.* » Unde in omni oracione debet frater addere : « *Fiat voluntates tua,* » non mea ; » *non sicut ego volo, sed sicut tu* (7) (8). » Et cap. · XXXIIII° · : « Clauso hostio oramus, cum in silencio Christo loquimur, ut sic lateat diabolo nostre oracionis affectus, » qui operibus nostris semper insidiatur iuxta illud : « *Ab ea, que dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui* (9). Et in collat. abbatis Iohannis habetur cap. · V · : quod in heremo licet frequencius fierent mentis excessus, tamen sub abbatis obediencia stare preelegit, quia obediencia recompensat consolaciones spirituales, et non cogitare de crastino tribuit quietem, que raptibus debetur (10).

---

(1) *Crux nostra - terminatur* CSEL XVII, lib. IIII, c. XXXV, p. 72. — (2) Ms. *lectus.* — (3) *quod sicut - recuperari* lc. IIII, 2-5, p. 98 sq. — (4) *dum illud - facit* lc. XIII, VIIII, 26-27, p. 273 sq. — (5) Marc. 11, 24. — (6) 1, Ioh. 5,14. — (7) *signum - sicut tu* CSEL, XXXI sq. p. 277. — (8) Matth. 26, 39. — (9) *clauso - oris tui* CSLE lc. 35, p. 282 sq. ; Mich. 7, 5. — (10) *quod - debetur* CSEL, XVIIII, 5, p. 541.

107. Sextus punctus dicitur psalmodia, unde dicitur : *Psalmis et hymnis cum oratis* (1). Abbas Isaac collat. · I[a] · cap. · XXV[o] · : « Uniuscuiusque psalmi versiculus nobis causam ignite oracionis intulit, eciam adstancium corda sepius incitat ad permaximam devocionem (2). » Et collat. · II[a] · cap. · X[o] · dicit : Hic versus : *Deus in adiutorium meum intende* (3), sic agit; habet hic versiculus pie confessionis humilitatem; nam quia frater videt se ab inimicis continue vallatum, confitetur se non posse absque sui defensoris auxilio liberari; unde in itinere, in omni opere, in omni temptacione est devotissime dicendus, nam ab incursione demonum protegit, mentem purgat, ad raptus perducit. Hunc versum depinge in parietibus celle, imprime super os et pectus; facit divicias abiicere et pauperem spiritu et per consequens beatum constituet. Contra evagacionem cordis quando fit, dum fratris mens de psalmo rotatur in psalmum, hic versiculus confirmat; hic eciam versiculus habet exaudicionis fiduciam; nam qui iugiter Dei auxilium invocat, certus est eum semper esse presentem (4). Ugo : Deus interpretatur videns et currens, quia videns, ideo dicitur : intende; quia currens, ideo dicitur : festina.

108. Septimus punctus dicitur oracio; unde ait : *qui* autem *preter horas constitutas* id est canonicas *voluerint orare* (5), nullus debet eos impedire nec in ecclesia aliquid temporale facere; unde dominus eiecit ementes et vendentes de templo. Unde Ugo in exposicione : Summopere cavendum est, ne aliquis in ecclesia aliquid faciat, quod ibidem orare volentes offendat (6). Et abbas Isaac collat. · I[a] · cap. · III[o] · : Ad puram oracionem requiritur, quod, antequam oremus, ut studeamus omnia cogitata seu dicta de pectore eruere; nam quicquid anima ante oracionem conceperit, necesse est orantibus nobis, quod imago illius rei ante oculos mentis preludat; unde caveat frater a verbis et ab omni cura temporali (7). Et cap. · IX[o] · ait : quod quadruplex est genus * oracionis. Primum · 24' est obsecracio, quod est quando frater pro peccatis orat, ut sibi dimittantur. Et signum, quod peccata sint dimissa secundum Pynnucium cap. · V[o] · est, quando frater recordatur de peccato suo, nulla infectacio intrat in cordis archanum nec aliqua titillacio carnis vel mentis illecebra propulsat. Oportet ergo quod passiones et voluptatum desideria de nostro corde evellantur (8). Secundum genus oracionis est votum factum in baptismo de renun-

---

(1) e reg. b. Aug. — (2) *uniuscuiusque - devocionem* CSEL VIIII, 26, p. 273. — (3) Ps. 69, 2. — (4) *Hic versus - presentem* CSEL lc. X, 10, p. 297 sqq. — (5) e reg. b. Aug. — (6) *unde dominus - offendat* ERA p. 891 sq. — (7) *Ad puram - temporali* CSEL VIIII, 3, p. 252. — (8) *et signum - evellantur* lc. XX, 5, p. 558.

ciacione pompe secularis et votum professionis; que omnia, cum diligenter servamus, semper oramus iuxta illud « *vota mea reddam in conspectu omnis populi* » (1); oramus, cum castitatem servamus etc. Tercium genus dicitur postulacio, cum oramus pro amicis. Quartum genus dicitur graciarum actio; quod fit, cum recolimus dei beneficia, scilicet passionem, incarnacionem, creacionem. Unde ait apostolus : « *Deprecor primum omnium fieri obsecraciones, oraciones, postulaciones, graciarum actiones* »(2); et hoc quartum genus oracionis specialiter fit per graciam spiritus sancti, quam *ipse Spiritus* interpellans *gemitibus inenarrabilibus* ignorantibus nobis emittit ad deum (3). Ex libro de donis : Si vis orare, ut hostis amoveatur aut flagellum divinum seu quecunque instans tribulacio, debes ieiunare, populum congregare, letanias cantare, et tunc proprie dicitur rogacio. Si vis obtinere aliquid, quod sit super naturam, ut quod impius convertatur, debes deum adiurare per beneficia incarnacionis, nativitatis, passionis, resurrectionis, gubernacionis, creacionis; vel debes eum adiurare per aliquos sanctos, quos maxime dilexit, sicut per beatam virginem, per apostolos, Magdalenam, Katherinam, sicut fecit Moyses dicens : Recordare domine Abraham, Isaac et Iacob, quibus promisiti dare terram hanc etc. et statim obtinuit. Et ideo in fine oracionum semper dicimus : per dominum nostrum Ihesum etc.; et tunc proprie dicitur obsecracio. Si vis orare pro pace et pro habendis indumentis aut pro sanitate corporis, tunc proprie dicitur peticio; sed peticioni additur allegacio et fortificatur cum dico : Da michi vestes, quia promisisti me vestire sicut lilia, sicut aves etc. Cum ad aliquos recurrimus sanctos, tunc proprie dicitur supplicacio; cum oramus pro incarceratis aut pro existentibus in purgatorio aut pro mutua conservacione in bonum, tunc dicitur suffragium; cum frater sola mente recolit beneficia incarnacionis Christi, creacionis, passionis, aut quod ipsum extraxit de mundo et peccatis, aut pro aliorum defectibus et in pias lacrymas resolvitur, tunc proprie dicitur oracio mentis, et ista potest esse sine intermissione, cum frater semper vult bona, desiderat bona, quia desiderium boni est oracio optima. Cum frater agit gracias pro cibo aut vestibus aut pro donis spiritualibus, tunc dicitur proprie graciarum actio. Cum frater semper aliquid boni facit vel semper est paratus obedire vel omnes actus suos ordinat, ut secundum professionem suam fiant, quia votum in greco idem est quod oracio, talis semper orat. Unde ideo non cessat

---

(1) Ps. 115, 14. — (2) *quadruplex - actiones* CSEL VIIII. 9 sqq. p. 239 sqq. (I Tim. 2, 1). — (3) Rom. 8, 26.

orare, qui non cessat benefacere. Cum frater cantat psalmos et horas canonicas devote reducendo ad memoriam dei beneficia, tunc proprie dicitur devocio (1).

109. Octavus punctus dicitur paciencia; unde ait : *Paciens sit ad omnes* (2). Ugo in exposicione : Qui locum tenet regiminis, non debet mala inferre, sed tolerare, ut ex sua mansuetudine possit iracundos miti*gare (3). Unde in libro collacionum ait abbas Ioseph coll. · I[a] · cap. · XXVI[o] · quod pre omnibus omnis monachus, quando dicuntur ei iniurie, non solum labia, sed eciam profunda pectoris sui tranquilla custodiat iuxta illud : « *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me* (4). » Quod si sic fecerit, mox animus fratris iniurantis ad pacis dulcedinem revocabitur. Propheta (5) : « *In ira misericordie memor eris* (6). Unde oportet, quod frater consenciat sentenciis eciam rudiorum, quia grossi interdum melius dicunt quam magni philosophi. Sic enim apostolus (7), qui evangelium non ab homine, sed ab ore Christi didicerat, ivit Ierusalem, ut cum ceteris apostolis de evangelii secretis tractaret et conferret. Ex hoc enim omnes illusiones diaboli omnesque laqueos faciliter frater evadere poterit. Et cap. · VI[o] · ait, quod non sufficit pacienter audire iniurias, imo omnem fratrem contra se iratum totis viribus pacificare, nec aliter iustus invenieris in conspectu dei, quia non interest apud deum « *qui omnes homines vult salvos fieri* » (8), utrum te an alium quempiam perdat; unum siquidem cuiuslibet interitu ei nascitur detrimentum, nec credas implere illud preceptum : « *Sol non occidat super iracundiam* (9) *vestram* et : « *qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio* » (10). Si tu non turbaris, si alterius tristiciam, quam delinire potuisti, contumaci corde despicias, eodem modo innodaris, ut non offeras munus, sicut qui tibi iniuriam fecit. Cuius racio sumitur sic : Frater, qui est iratus, non potest orare, ergo non potest deo sacrificium laudis [offerre] ; ergo tu es causa, quod sacrificium deo non offertur et quod talis frater est sine causa, id est frustra in monasterio. Caritas enim est character specialis discernens christianos ab aliis, quia nulla lex precipit parcere inimicis et eis servire nisi Christiana. Unde dominus in evangelio (11) : « *In hoc cognoscent omnes*, scilicet naciones, *quod mei estis discipuli*, sive christiani, *si dilectionem habueritis ad invicem* (12). »

(1) Locum non inveni; forte desumptus est ex libro VII fr. Stephani de Borbone, quoad partem theologicam adhuc inedito de donis Sp. S. — (2) e reg. b. Aug. — (3) *qui locum - mitigare* ERA p. 922. — (4) Ps. 38, 2. — (5) Hab. 3, 2. — (6) *pre omnibus - oris* CSEL lc. XVI. 26. — (7) Gal. 1, 12 ; 2, 1 sqq. — (8) 1 Tim. 2, 4. — (9) Eph. 4, 26. — (10) Matth. 5, 22. — (11) Ioh. 13, 25. — (12) *non sufficit - invicem* CSEL lc. XVI, 6, p. 442 sqq.

Et abbas Pyamon cap. ·XIIII°· : Constat, quod nullus est verus paciens, nisi qui potest omnes iniurias absque indignacione tolerare. Et ponit exemplum de sanctimoniali in Alexandria, que peciit ab episcopo aliquam sanctam mulierem in solacium; qui dedit quamdam sanctam, quam ipsa respuit, postulans mulierem protervam, que eam ad pacienciam excitaret; et habuit. Aliud exemplum ponit, quod in cella abbatis Phannucii propter invidiam quemdam librum unus monachus abscondit, qui deposita querimonia coram prelato, tres fratres antiquiores ad perquirendum cellas misit. Qui invenientes librum in cella Phannucii, de furto convicitur; qui nichil negans humiliter penam gravioris culpe, prosternendo se ante portam ecclesie, dum fratres transirent, fecit. Sed deus illum falsum impostorem in diaboli potestatem tradidit. Qui factus demoniacus peccatum suum dixit, et orante Phannuuio pro eo liberatus est (1). Et abbas Serenus collat. ·I^a· cap. ·XXVII°· ait, quod Paulus sanctissimus monachus, quadam opinione preventus, contra abbatem Macharium disputans quedam durius protulit; unde datus demoni, cogebatur stercora humana de manu diaboli suggere, sed orante beato Machario pro eo, liberatus est (2). Ergo summopere cavendum est a disputacionibus protervis. Exemplum : Quidam frater religiosus, obstinatus tamen in suis
*25/ opinionibus, dum in capitulo accusaretur et *se proterve defenderet, diabolus stetit in medio capituli super caput eius sedens; hoc vidit frater sanctissimus et devotus (3). Multa de paciencia habes supra capitulo de ira.

Multa exempla nos movent ad penitenciam, que habentur in libro exhortacionum. Abbas Pitherius, omni virtute ornatus, oravit volens scire, quis sibi esset equalis meriti apud deum; cui apparuit angelus dicens : « In monasterio Thebensi est una soror fatua et ebriosa, ut videtur, que maioris meriti est apud deum quam tu. » Quo audito abbas illuc perrexit et convocatis omnibus sororibus eciam illam fatuam sibi iussit adduci. Respondit abbatissa : « Non veniet ante oculos vestros illa fatua, que continue est ebria; loturas vasorum bibit, micas de mensa cadentes comedit; que eciam non loquitur et sub pedibus omnium sororum conculcatur. » Ait abbas : « Omnino faciatis adduci. » Tunc venit illa fatua, quam ut vidit abbas, ei occurens genuflexit ante eam rogans, ut eum benediceret; et obstupuerunt omnes sorores; tunc abbas narravit eis verba angeli. Quo audito fleverunt omnes, quia ipsam sepius verberaverant. Et illa videns, quod honoraretur, ad desertum fugit, timens vanam gloriam (4). Ad idem : In

(1) *Constat - liberatus est* lc. XVIII, 13, 14, 15 p. 520 sqq. — (2) *quod Paulus - liberatus est* lc. VII, 27 p. 206. — (3) *quidam frater - devotus* MOPH **1**, p. 208 § IV. — (4) cf. VP², p. 300 (299 sq.).

monasterio Hermepolis erant ·CCCC· sorores, nec unquam loquebantur, nec per signa, nec vir intrabat claustrum earum. Ibidem erat una soror, que se simulabat ebriosam cupiens despici. Accidit, quod abbati Danieli angelus revelavit de meritis illius sororis; tunc venit abbas ad claustrum; qui cum summo honore receptus in communi refectorio sedit ad mensam; cui abbatissa dedit herbas crudas et parum leguminis infusi oleo et aquam pro potu. Discipulo abbatis apponi fecit parum panis et vinum mistum et legumen lexum cum oleo; sed sororibus quadringentis propinavit panes albos, pisces grossos et vinum optimum. Et admiratus est abbas. Cui ait abbatissa: «Vobis perfecto viro tradidi cibum perfectorum virorum; discipulo cibum discipulorum; sororibus quasi adhuc in via dei noviciis tradidi cibum noviciorum.» Et edificatus est abbas. Hora matutinali abbas ostendit abbatisse sororem ebriosam, que orabat et cum angelis iubilabat, et ait: «Tales ebriosas diligit deus, et angelus michi revelavit de ipsa.» Quo audito, videns illa soror, quod honoraretur, timens vanam gloriam, fugit ad desertum; et nunquam visa fuit. Ad idem: Fuit monachus in persona despectus, qui omnium iniurias libenter audiebat; huic imposuerunt alii monachi, quod calicem fuisset furatus; qui negans brachio seculari traditur, ubi examinatus, dum negaret, torquetur; deinde nervis crudis ceditur, finaliter super carbones assatur. Qui sibi nichil conscius omnia pacienter sustinebat dicens: «Purificate argentum a scoria sua.» Tandem iudex eum morti adiudicavit. Interim calix invenitur. Quo audito iudex doluit, quod fecerat, et ad monasterium remisit dicens: «Quod feci, vos me facere coegistis.» Tunc monachi flere ceperunt et veniam postulabant; quibus ille respondit: «Gracias vobis ago, quia per istum parvum dolorem michi intulistis iniurias et gaudebam racione mei, quia semper in oculis meis previdebam premia eterna domini Ihesu Christi; sed dolebam propter vos, quia peccabatis et sero vobis orabam.» Post tres dies moritur; cuius corpus in sacristia gubernatur, donec solempnes exequie pararentur. Conveniunt multi pre*lati, et dum intrarent sacristiam, et *26
invenerunt super feretrum vestes tantum et calceamenta, quia angeli corpus eius exportaverant, nec erant digni illi monachi tanto thesauro.

110. Exempla de vitis patrum. Quidam predo invasit cellam abbatis Macharii, expolians, quidquid erat ibidem; et dicebat abbas infra seipsum: «Non turbabor, quia nichil intuli in hunc mundum, sed dominus ista mihi prestit; nunc repetit et vult prestare isti predoni; sit nomen domini benedictum.» Tunc surgens adiuvabat honerare animal et benedixit predoni in nomine domini (1). Ad

(1) cf. VP¹, p. 773 (512).

idem : Multi predones invaserunt cellam cuiusdam senis, omnia exportantes, et senex orabat deum, ut eis parceret. Qui abeuntes unum saccum non exportabant ; tunc senex cucurrit post eos dicens : « O filii, redite, quia unum sacculum estis obliti accipere. » Quo audito erubuerunt et penitenciam egerunt et omnia restituerunt (1). Ad idem : Quidam monachus occulte furabatur de orto et cella cuiusdam senis, quicquid poterat invenire. Quod advertens senex pacienter supportabat dicens in corde suo : « Certe multum indiget, unde paupertas cogit eum furari » et cogitavit dicens : « Et restringam ventrem meum et operabor forcius solito, ut sic pascam eum et me. » In hora mortis cum alii monachi astarent, senex accepit manus monachi furis et nolens, quod alii eum intelligerent, oschulabatur manus eius et ait : « O fratres, gracias ago istis duabus manibus, quia sine pena purgatorii faciunt me advolare in regnum celorum. » Quod frater intelligens ingemuit, et factus est probatus monachus (2). Ad idem : Abbas Achilles in opere sagenarum victum habebat. Quadam vice duo sui amici pecierunt, ut sibi daret unam sagenam, ei ille negavit. Supervenit alter, qui eum odiebat et diffamabat, petens ab eo unam sagenam. Qui statim concessit ei valde ylariter ; et mirati sunt duo amici eius. Quibus ait : « Sic oportet fieri, quia credidisset, quod gravem animum haberem circa eum et tristis recessisset, sed vos, quia estis amici mei, bene scio, quod non contristabimini (3). « Ad idem : Quidam frater dixit abbati Pambo : « Ego vellem benefacere inimicis, sed diabolus non permittit. » Respondit abbas : « Nonne scriptum est (4), quod « *dominus dedit nobis potestatem calcandi super scorpiones et serpentes et super virtutem inimici?* » Cur ergo diabolum non conculcas? Certe tu non vis parcere nec benefacere inimico tuo (5). »

111. Nonus punctus est circa infirmos, unde ait : *Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine etc.* (6) Ugo in exposicione : Quasi dicat : Fortes et sani non debent contristari, si infirmos viderint misericorditer tractari : nam melius est abstinere quam sumere ; nam abstinere est virtutis, sumere infirmitatis ; ergo non sit eis molestum, si vident infirmos recreari, ut cicius roborentur ; sed quia sunt infirmitates, que cibo non alleviantur, sed gravantur, ideo tunc habent necesse ipsi egrotantes minus sumere, ne graventur ; sed deposita egritudine sic *tractandi sunt, ut cicius recreentur* (6). Et in hoc eciam pauperes fratres, *qui de humili paupertate seculi venerunt* (6), non debent negligi, cum infirmantur, quia qui misericors est in fra-

(1) cf. lc. p. 971 (631). — (2) cf. lc. p. 973 (632). — (3) *abbas - contristabimini* VP¹, n. 597 (p. 914). — (4) Luc. 10, 19. — (5) locum non inveni. — (6) e reg. b. Aug.

trem suum, deus est misericors in eum : nam « *beati misericordes* » (1), quia in die iudicii audituri sunt : « *Infirmus fui et visitastis me ; esurivi et dedisti michi manducare* (2). » Sed cum frater sit roboratus, debet redire ad cibos communes ; nam abstinencia deprimit vicia carnis, quibus exstirpatis pullulant virtutes (3). — Hic videnda sunt multa per ordinem.

112. Primo : Infirmus debet se regere de consilio medici. Exemplum : Fuit in conventu Marsiliensi iuvenis infirmus, qui bibebat vinum purum * contra consilium medici ; et in nocte exaltacionis sancte * 26
crucis, dum in agonia mortis certaret, ait : « Ecce video in celo crucem veram rutilantem, cuius hodie facimus festum in terris. » Deinde apparuit ei demon cum catherva demonum dicens : « Tu servus meus es. » Respondit frater : « Non sum, imo sum servus Christi. » Ait demon : « Tu es meus, quia heri bibisti vinum contra consilium medici et contra ordinem tuum, quia solus et sine licencia. » Quo audito, frater confessus fuit hoc peccatum cum amaritudine cordis ; deinde dixit septem gaudia virginis et laudans deum migravit (4). Secundo si indigent balneo, debent habere ; quod si non est certum, quod indigeant, adducatur medicus, qui de incerto faciat certum. Exemplum : Quidam frater Lombardus devotus et predicator excellens ivit ad balnea sine licencia, ubi submersus fuit, dum nataret, et aqua erat satis parva. Qui apparuit cuidam fratri in habitu tristi et lacerato totus lacrymosus dicens, quod cruciabatur horribiliter in purgatorio, quia sine licencia se balneaverat ; et quia brachia proicerat in natando, hinc et inde erant adusta usque ad ossa, et ait : « Si fratres orarent pro me et cito solverent debitum, liberarer. » Quod fratres libenter fecerunt. Et altera nocte iterum apparuit eidem fratri in habitu pulcro et facie leta, sed palida, dicens se alleviatum, sed non plene liberatum ; et narravit ei multa de purgatorio et de altera vita (5). Tercio infirmus debet diligenter confiteri. Exemplum : Quidam novicius Lombardus, cum fuisset confessus peccata sua, sed non circumstancias, apparuit ei in visione angelus dicens : « Rade melius caput tuum. » Quod intelligens ivit et cum beato Dominico fuit confessus circumstancias peccatorum suorum ; et dormiens vidit angelum portantem coronam auream miro modo ornatam, quam capiti suo imposuit, et invenit se miro modo consolatum (6). Quarto debent infirmi cito sacra communione communicari et inungi. Exemplum : Frater Bonifacius novicius in conventu Bononiensi infirmatus sero peciit sacra-

---

(1) Matth. 5, 7. — (2) Matth. 25, 35-36. — (3) *Fortes - virtutes* ERA p. 894 sqq. — (4) *fuit - migravit* MOPH **1**, p. 286 § V. — (5) *quidam - vita* lc. p. 289 § VI. — (6) *quidam - consolatum* lc. p. 167 § IV.

menta ecclesie, sed non obtinuit. Illa nocte raptus est in celum et introductus in palacium pulcerrimum. Cui occurrit magister Reginaldus et frater Robertus et alii fratres predicatores, qui migraverant, et cum multo gaudio eum receperunt et iuxta se sedere fecerunt. Et supervenit dominus Ihesus dicens : « Frater Bonifaci, oportet te recedere hinc, quia nondum corpus meum recepisti. » Qui rediens ad se conquerebatur dicens : « Si sero fuissem communicatus et inunctus, remansissem in illo palacio pulcerrimo (1). » Quinto debet frater infirmus continue habere in memoria beatam virginem. Exemplum : In Viterbio fuit frater infirmus, qui receptis sacramentis ecclesiasticis, vidit catervam demonum eum rapere volencium. Unde desperare cepit et ait : « Nunc video, quod perdidi omnia bona, que feci in ordine. » Cui ait servitor : « Confortare, et dic mecum versum : « Maria mater gracie etc. » Quo dicto statim beata virgo affuit et omnem demonum catervam expulit. Quod narrans simbolum est confessus; deinde dixit : « Te Deum laudamus » et sic migravit (2) : Sexto post unctionem debent poni in cinere, sicut fuit consuetudo ordinis antiquitus; deinde more fratrum decedencium debet osculum petere ab omnibus fratribus. Circa servitores sibi minus bene servientes debet esse paciens. Exemplum : In conventu Burdegallensi quidam frater infirmus minus bene procuratus fuit. Qui confessus suo provinciali cepit post confes-
* 27 sionem a domino Ihesu * petere veniam de suis peccatis; cui Ihesus apparuit dicens : « Prior tuus audivit tuam confessionem, et ego de omnibus te absolvo, nec contristeris, quia minus bene servivit tibi minister tuus, quia in brevi dabo tibi angelos meos, qui tibi ministrent. » Et in brevi mortuus fuit (3). Septimo debent prohibere, ne carnales amici eum visitent. Exemplum : In Hispania quidam prior Santarenensis infirmatus, dum per parentes eius visitaretur et videret eos flentes, eis carnaliter compassus fuit. Deinde beata virgo cum filio in brachiis eum visitavit; qui iunctis manibus versus celum beate virgini animam reddidit; sed in purgatorio fuit positus, quia parentibus suis flentibus compassus fuerat. Qui post mortem suam apparuit fratri rogans eum, quod diceret fratribus, quod nullus infirmus permitteret consanguineos ad eum ingredi, narrans supradicta (4). Octavo debet oculos ad crucem, que ponitur ante eum, dirigere et dicere : « *Securus et gaudens venio ad te, ita ut et tu exultans suscipias me discipulum eius, qui pependit in te* (5). » Exem-

---

(1) *fr. Bonifacius - pulcerrimo* lc. p. 269 § XVII. — (2) *in Viterbio* (MOPH lc. : *in conv. Urbevetano*) - *migravit* lc. p. 52 § XVIII. — (3) *In conventu - fuit* lc. p. 264 § IX. — (4) *In Hispania - supradicta* lc. p. 279 § VI. — (5) *Securus - in te* ex antiph. ad II vesperas festi S. Andreae (30 nov.).

plum : In Polonia frater moriens hanc antiphonam sepius reiterabat; et apparuit ei Ihesus cum apostolis, qui ait ei : « Tu in collegio apostolorum meorum collocaberis; similiter omnes fratres predicatores, qui bene servaverint ordinem suum. » Deinde frater cepit ridere versus crucem et post pauca ait : « Modo veniunt demones heretici, qui nituntur subvertere fidem meam, sed confiteor patrem et filium et spiritum sanctum unum esse verum deum. » Quo dicto expiravit (1). In Anglia cum circa iuvenem infirmum post extremam unctionem dicerent psalmos penitenciales fratres et letanias, dominus Ihesus interfuit officio et ei ostendit locum sublimem, ubi tanta armonia resonabat sanctarum virginum, quod omnem creatam excederet iocunditatem. Deinde ait : « De cetero nichil timeo, quia innitor vere fidei et me beate virgini tota devocione commendo. » Et cepit nomen beate virginis ruminare et mortuus est (2).

Quam sit bonum habere devocionem ad beatam virginem, audiamus : Frater post unctionem vidit angelum custodem suum sibi astare et dicere : « Frater, dominus Ihesus me misit ad te, quod tercia die migraturus sis, et quod cogites, quam causam sis allegaturus in iudicio, quare salvari debeas. » Qui respondit : « O angele, ego servivi deo longo tempore in ordine isto. » Ait angelus : « Nichil est hoc, nam si uno die servasti, altero die extra conventum ivisti; si predicasti, vanam gloriam recepisti aut lucra sperasti; unde peius est demeritum, quam fuit meritum. » Quo dicto angelus iterum ait : « Cras veniam ad te, et cogita aliam racionem, quare debeas salvari, forciorem ista, quia ista nichil valet » et sufflavit in manu sua quasi dicens : « Nichil dixisti. » Et disparuit. Frater exterritus fere desperabat, sed reductus ad se confessus est diligencius; et sequenti die angelo sibi astanti et interroganti ut supra respondit frater : « Ego nullam causam mee salvacionis scio nisi quia fui devotus beate virgini et libenter predicavi de ipsa. » Respondit angelus : « Et ego annuncio tibi, quod salvus es hac sola de causa. » Et disparuit; et altera die frater migravit. Nono debet infirmus a prelato petere, quod infirmitas sit ei in remissionem peccatorum. Exemplum : Frater Conradus in conventu Constanciensi infirmatus miro modo pacienter sustinebat suam gravem infirmitatem. Sepius dicebat : « *Dilectus meus michi et ego illi, donec aspiret dies et inclinentur umbre* (3). » In hora communionis ait : « Iste deus meus et glorificabo eum; ecce deus salvator meus! O anima mea, ipsum

(1) *In Polonia - expiravit* MOPH p. 268 § XVI. — (2) *In Anglia - mortuus est* lc. p.267 § XIV. — (3) *Dilectus - umbre* Cant. **2**, 16, 17.

lete suscipias, quia ipse amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis. »
* 27' Postea peciit a vicario provinciali, quod * iniungeret sibi in remissionem peccatorum omnium acerbitatem infirmitatis et absolveret eum a pena purgatorii subiungens : « Credo firmiter, quod facere potestis. » Quod vicarius fecit. Tunc ait infirmus : « Modo michi bene est. » Postea ait : « *Salvum fac servum* » *etc.* (1) et oracionem : « Fidelium deus. » Et sic feliciter expiravit (2). In Hispania frater moriens, facies eius facta est splendida valde; post mortem apparuit fratri, dicens se salvatum ; et subdidit, quod quidam frater propter vanam gloriam cantus dure in purgatorio puniretur. Et iterum ait : « Fratres, qui in ordine moriuntur, salvantur, quia circa mortem beata virgo eos defendit ; et in signum, quod ita sit, in die ramorum iste conventus non pulsabit campanam nec faciet processionem consuetam. » Subito in die ramorum in aurora terra subiicitur interdicto (3). In Montepesulano iuvenis moriens osculum a fratribus peciit. Et quidam frater Vincencius vidit beatum Dominicum in mirabili gloria decoratum adventare, et sequebatur eum processio fratrum sanctorum et circumdabant fratrem morientem. Quo mortuo exivit beatus Dominicus cum processione ; et unus illorum sanctorum fratrum ait fratri Vincencio : « Esto paratus, quia in brevi venies nobiscum ad dominum. » Quod fratribus enarrans infra paucos dies migravit (4). Unde devote cantare debemus illam antiphonam : « Magne Pater » etc, ut in hora mortis nos adiuvet. Decimo debet frater habere ante oculos dei iudicium. Exemplum : Fuit frater in Anglia, qui in officio predicacionis infirmatus in conventu minorum receptus est ; ad quem fratres multi de ordine nostro illuc accesserunt ; qui in hora mortis subrisit dicens : « Ecce advenit beatus Usualdus (5), martir rex noster. » Et iterum subrisit dicens : « Ecce tota domus plena est angelis. » Deinde ait : « Ecce domina nostra advenit, salutemus eam. » Tunc fratres nostri et fratres minores genu flexo dixerunt : « Salve Regina. » Qua finita ait infirmus : « Ha, quam hylariter beata virgo audivit hanc salutacionem. Certe ipsa risit pre gaudio. » Deinde infirmus effectus est totus pallidus et ait : « Nunc advenit dominus Jhesus ad iudicandum me. » Et factus in agonia sudare cepit tam fortiter, quod extergi non poterat sudor de facie eius, et more astancium coram iudice, disceptabat. Nunc dicebat : « Verum est »; nunc clamabat contra demones eum falso accusantes; interim dicebat : « O domina mea, nolite recedere, nolite derelinquere ! » Aliquando dicebat : « O dulcis Ihesu, parce michi istud minimum peccatum veniale. » Tandem ad se rediit et interrogatus,

---

(1) Ps. 85, 2. — (2) *fr. Conradus - expiravit* MOPH p. 255 § XIII. — (3) *In Hispania - interdicto* lc. p. 280 § VII. — (4) *In monte - migravit* lc. p. 258. — (5) MOPH lc. Edmundus.

an minima computaret deus, lacrimans respondit : « Heu, heu, quia minima gravissime computat dominus Ihesus. » Cui fratres dixerunt : « Non diffidas, quia pius est et misericors. » Qui vultu hylari respondit : « Vere misericors est et miseraciones eius super omnia opera eius. » Quo dicto expiravit (1). Undecimo fratres debent cito solvere debitum. Exemplum : Frater Rao Romanus, vir sanctissimus, dicebat, quod super omnia timebat mori cum aliquo debito defunctorum, quia frater quidam moriens, qui negligens fuerat in solvendo mortuorum debito, post multos annos apparuit fratri cuidam suo familiari totus tristis. Cui frater ait : « Quomodo fuisti tanto tempore in purgatorio ? Nuncquid suffragia fratrum profuerunt ? » Qui respondit : « Certe non, quia illi defuncti, quibus subtraxi debitum, omnia suffragia michi debita subripuerunt. Unde misericordiam fratrum adhuc postulo et exspecto. » Et sic disparuit (2). Ad idem : Frater Marchus (3) Hispanus, vir sanctissimus post mortem suam post ·XIX· dies apparuit fratri oranti in ecclesia dicens : « Ego vado in celum ». Frater exterritus ait : « Quomodo fuisti tanto tempore in purgatorio ? » Ille respondit : « Hoc fecit negligencia fratrum, quia infra tres dies ivissem in celum, si solvissent michi debita (4). » Ad idem : Frater Beltrandus, provincialis Provincie, socius beati Dominici, quasi continue celebrabat pro peccatis et raro pro defunctis, dicens, quia illi sunt securi et nos sumus in periculo mundi. Cumque frater eum super hoc arguisset, nec se correxisset, mortuus quidam ipsa nocte habens unam capsam ligneam, in qua mortui gubernantur, super eum stetit, comprimens eum et decem vicibus illa nocte eum excitavit et compressit. Quod advertens frater se correxit (5). Ad idem : Frater * Yvo provincialis Terre Sancte orans * 28
in ecclesia vidit quemdam fratrem sibi familiarem astare in habitu sordido et nigro. Qui ait : « Ego sum frater N. amicus vester, qui nuper obii, et sum iudicatus ad purgatorium per annos ·XV·. Quo audito frater Yvo horruit dicens : « Tu vir tante sanctitatis debes stare in purgatorio tanto tempore ? » Respondit : « Secundum iudicium dei, quod est equissimum, bene merui ; sed rogo te, quod subvenias michi. » Facto die frater Yvo dixit missam et tenens corpus Christi in manibus ait : « O dulcis Ihesu, soldanus Babillonie ad preces sui domicelli, qui servisset ei per ·XX· annos in camera, faciliter relaxaret unum sclavum de carcere. Nunc ego servio tibi fideliter ; unde rogo, fratrem N. socium meum, quem tenes in vinculis in purgatorio, debeas relaxare. » Hoc cum lacrymis sepius reiteravit. Sequenti nocte, dum oraret in Ecclesia, iterum frater de-

---

(1) *fuit frater - expiravit* lc. p. 276 § II. — (2) *fr. Rao - disparuit* lc. 289 § IV, V. — (3) MOPH, p. 290 § VI *Mattheus.* — (4) *fr. Marchus - debita* lc. p. 290 § VII. — (5) *fr. Beltrandus - correxit* lc. p. 287 c. VII.

functus apparuit ei in habitu candido dicens : « Petivisti me a domino, et ipse me tibi concessit; en vado in celum. » Et statim disparuit (1). Ad idem : In Anglia quidam magister timens mortem habitum predicatorum recepit, sed liberatus reiecit; qui tractus ad iudicium vidit super caput suum omnia peccata sua scripta, subtus vidit os inferni apertum, quasi volens eum devorare; in aere superius erat Christus iudicans eum, cuius facies erat satis intolerabilior omni inferno. Tunc quidam sanctus in habitu predicatorum ait Christo : « Domine, quid vis, ut faciat? » Respondit Ihesus : « Vel satisfaciat pro peccatis suis vel vadat ad infernum ! » Qui ad se rediens ordinem intravit; et post mensem infirmatus, dum mori timeret propter peccata sua, ait quidam frater Martinus, confessor suus : « Non timeatis, quia ego do vobis omnia bona, que unquam feci in ordine predicatorum. » Quo audito confortatus statim decessit. Post mortem in vestibus splendidissimis fratri Martino aparuit. Cui ait frater Martinus : « Rogo vos, ut michi impetretis a domino Ihesu Christo similes vestes. » Respondit mortuus : « Hec vestis est michi et vobis communis et sufficit, quia bona nostra spiritualia, dum dantur, non minuuntur, sed augmentantur. » Hoc pro tanto dixit, quia sibi communicaverat omnia sua merita (2).

Nunc de purgatorio audiamus. In Bononia quidam advocatus intravit ordinem, quia socius eius defunctus post triginta dies apparuerat dicens, quod ignis purgatorii plus ardebat eum, quam facerent omnes montes mundi, si essent ignis unus. Ait advocatus : « Habetis consolacionem? » Respondit : « Utique, sed raro, quia interdictum, quod est positum, multas missas subtrahit; et multi irent in celum continue, si misse dicerentur. » Ait advocatus : « An fiet pax? » Respondit mortuus : « Non, quia peccata hominum non merentur habere pacem; sed scias, quod tu es in malo statu; unde fuge ad ordinem predicatorum, si vis salvari (3). » — Quidam frater multum scrupulosus in consciencia vidit fratrem familiarem suum clamantem et dicentem : « Ve, ve, quia fui sollicitus circa quaternos et nimis tenax, ecce quaterni circumquaque me concremant et cruciant. » Et erat totus perustus. Tandem ait frater : « Dicatis michi, frater, vos, qui fuistis in iudicio dei, quid est de mea consciencia? » Respondit : « Consule discretos et acquiesce (4). » In conventu Avenionensi, frater faciens questum de caseis nimis avide, dixit se premi a caseis terribiliter, dum adhuc viveret; quem prior absolvit, si nimis avide procurasset, et tacuit (5). Alter propter vanam gloriam cantus in purgatorio comburebatur (6). Alter frater valde devotus fuit per mensem in purgatorio,

---

(1) *fr. Ivo - disparuit* lc. p. 273 § XI. — (2) *In Anglia - merita* lc. p. 278 § V. — (3) *In Bononia - salvari* lc. p. 180 c. XIII. — (4) *quidam frater - eis* lc. p. 281 § IX. — (5) *in conventu - tacuit* lc. p. 285 § IV. — (6) cf. lc. p. 280 § VII.

quia verba solacii dicebat cum scolaribus in Bononia (1). — In insula Sardinie quidam apostata moriens habitum ordinis, quem in mantica gubernabat, sibi dari per socios postulavit. Cum autem indueret, subito pediculi scaturire ceperunt de corpore eius et socios illos cohoperuerunt, ita quod vix eum potuerunt cohoperire sub terra (2).

Decimus punctus dicitur castitas, unde ait : Quando frater est in ecclesia vel in civitate, non debet oculum figere in mulierem, quia secundum prophetam (3) « *ascendit mors per * fenestras nostras,* » id est per oculos ; « *ingressa est mors domos nostras,* » id est mentem interiorem ; nam posito, quod nullus videat te, tamen certum est, quod omnis aspectus libidinosus fugat castitatem ab anima et reddit te abominabilem deo, ut ab ipso recipias tormenta eterna, a quo recipere debuimus premia sempiterna. Quod si frater advertit, statim debet eum admonere. Unde ait apostolus (4) : « *Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis.* » Et Iacobus ait : « *Qui converti fecerit peccatorem ab errore vie sue, salvabit animam eius a morte et operiet multitudinem peccatorum* (5). » Quod si non corrigitur propter verba dicta inter te et ipsum solum, tunc convoca duos alios vel tres, qui sint conscii illius culpe sicut et tu, et secreto iterum corrigatur. Quod si se correxerit, lucratus es animam fratris tui. Si non corrigitur, accusa eum prelato et [voca] illos fratres, qui sunt conscii et perpenderunt de crimine sicut et tu, et qui tecum fratrem secreto correxerunt ; et sic per testimonium duorum testium vel trium convincatur et dure puniatur. Nam qui blande castigatur et non corrigitur, acrius necesse est, ut puniatur. Quod si non vult facere penitenciam, exutus habitu de ordine proiciatur ; melius est enim, ut pro salvacione unus condempnetur, quam pro unius exemplo plures periclitentur. Unde dominus in evangelio (6) : « *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum et proice abs te* (7). » Verba sunt Ugonis in exposicione. Unde in libro collacionum ait abbas Moyses collat. · I^{a} · cap. · XIX^{o} ·, quod sicut campsor non ponit in scrinio florenum, nisi prius viderit diligenter, an sit ex auro puro an ex auricalco, sic frater debet nullam cogitacionem immittere in cor suum, nisi prius examinaverit, an sit a deo vel a dyabolo ; unde apostolus (8) : « *Nolite omni spiritui credere.* » Unde monachi studentes in philosophia

* 28'

(1) cf. lc. p. 276, c. V § I ubi loco « *in Bononia* » legitur « *in conventu Coloniensi* ». — (2) *in insula - terra* lc. p. 290, c. VIII § I. — (3) Ier. 9, 21. — (4) Gal. 6, 1. — (5) Iac. 5, 20. — (6) Matth. 5, 29. — (7) *quia secundum - abs te* ERA p. 898 sqq. ; cf. Matth. 18, 15-18. — (8) 1 Ioh. 4, 1.

facti sunt superbi et heretici et apostate, qui prima facie credebant dicta philosophorum studere propter bonum anime sue. Similiter diabolus inordinata suggerit ieiunia, ut fratrem faciat inutilem in opere dei. Et cap. ·XXI°· ponit exemplum : Quidam abbas Iohannes credidit suggestioni diabolice, quod non comederet per duos dies continuos; qui hoc faciens cepit deficere; et cum comederet die tercia, diabolus in forma ethiopis apparuit ei dicens : « Pater, parce michi, quia ego hunc laborem et inordinatum ieiunium tibi suggessi (1). » Et collat. · I[a] · cap. · II[a] · refert, quod abbas Antonius congregatis patribus in unum interrogavit, quid efficacius posset monachum a diaboli laqueis salvare. Unus dixit, quod vigilia, alter dixit, quod ieiunium, alter dixit, quod studium, alter dixit, quod oracio. Finaliter ait beatus Antonius : « Ista sunt bona, sed sine discrecione nichil valent, imo nocent; nam lumen efficitur tenebre et virtus convertitur in vicium, ubi discrecio non affuerit.» Et ponit exemplum, quod quidam senex, qui · L · annis fuerat in heremo plenus omnibus virtutibus, dum credidit presumptuose, non posse decipi, diabolus in figura angeli apparens eum induxit, ut seipsum proiceret in puteum profundissimum, asserens, quod statim iret in paradisum. Quod senex statim fecit; sed per discipulos extractus est et diebus tribus supervixit, nec potuit credere, nisi quod angelus dei fuerit; qui moriens vix cum Christianis sepultus fuit. — Item duo monachi statuerunt nichil recipere ab homine, sed ex providencia divina pasci; qui deficientes a longe Mazices (2), qui sunt homines crudeliores bestiis, qui interficiunt homines sola delectacione fundendi sanguinis, contra suam naturam porrexerunt panem istis duobus monachis. Unus recepit, quasi provisionem divinam, considerans, quod homines, qui consueverunt dare gladios, tunc panes propinarent; alter noluit accipere, unde in presumpcione sua mortem incurrit, quam do-
· 29 minus ab eo avertere voluit. Item cap. · · VII°· ponit exemplum, quod alter senex diabolum quasi angelum recipiens in tantum delusus fuit, quod more Abrae filium suum occidere et immolare voluit; sed parvulus advertens fugit. — Alter senex per diabolum delusus seipsum circumcidit et iudeus factus mortem eternam incurrit; que omnia evenerunt (3). Et abbas Daniel cap. · XII°· ait, quod impossibile est castitatis virtutem obtinere nisi cum magna abstinencia. Et si abstinencia in aliquo relaxatur, quod pugna carnis invalescit; et ait, quod puritas cordis iugi sudore et spiritus contricione acquiritur, castitas cum vigiliis et ieiuniis, directio cordis

(1) *sicut campsor - suggessi* CSEL lc. I, 20, 21, p. 29 sqq. — (2) Ms. Mazaces. — (3) *abbas Antonius - evenerunt* lc. II, 2 sqq. p. 40 sqq.

studio et oracione, continencia, paciencia, in audicione iniuriarum, ut per hoc non obmittamus dei servicium. Et cap. · XV° · ait, quod pugna carnis est utilis; nam interdum frater credit se castissimum, sed superbiat, pollucionibus agitur, ut cognoscat, se peccatorem esse, et ex hoc frater fit humilis et sollicitus in purgandis viciis. (1). Et abbas Serenus collat. · I^{a} · cap. · XV° · ait, quod demon immittens malas cogitaciones non potest cognoscere, si sint recepte vel non, nisi per signa exteriora; verbi gracia, si vident monachum suspirare ad motum carnis, intelligunt iaculum in medullis esse infixum; si vident monachum respicere umbram solis aut interrogare, an sit hora prandii, cognoscunt eum a gula tentatum; in oculis cognoscunt hominem esse iratum; et tunc circa illud vicium instant forcius. Et cap. · XVII° · dicitur, quod certis viciis alii et alii demones sunt deputati; et unus temptat de ira, et cum satis illuserit, cedit alteri demonio, ut temptet de luxuria; cum hic vicerit, cedit alteri demonio, ut temptet de gula, nec possunt omnes demones simul temptare, quia impossibile est, quod frater simul temptetur de vana gloria sanctitatis et de luxuria; similiter non potest simul temptari de tristicia et de risu; quod si monachus superat, tunc augentur demones et sanctioribus dantur demones forciores, nec posset aliquis resistere, nisi Christus eos refrenaret; et cum non possunt vincere, verberantur a principe eorum. Unde psalmus (2) : «*Induantur confusione et pudore, qui querunt mala michi,*» quod non potest intelligi nisi de demonibus, quia propheta David in hoc versu et similibus non potest orare aliquid, quod esset contra evangelium, quod ipse summo desiderio expectabat. Et cap. · XXII° · ait, quod demon non habet potestatem super hominem, nisi quantum permittitur a deo, sicut patet de Iob. Et quia virtus crucis est divulgata per heremum, quod maxime demones fugat, non possunt temptare tam fortiter sicut faciebant in principio. Et cap. · XXVIII° · ait, quod temptacio humiliat et corrigit hominem sicut pedagogus puerum. Et purgant nos hic et liberant a pena alterius mundi. Unde ait apostolus (3) *Qui traditi sunt in presenti sathane in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat in die domini nostri Ihesu Christi* (4). Et abbas Cerimon collat. · II^{a} · cap. · VII° · ait, quod monachus virgo habet nocturnas polluciones cum sompno (5) levi; qui vero sunt corrupti et nuper de mundo egressi, habent sordida fantasmata; sed cum tantum profecerit, quod in sompno illa fantasmata odiat, que in mundo existens libenter videbat,

(1) *Quod impossibile - viciis* lc. IIII, 15 sq. p. 111. — (2) Ps. 34, 26. — (3) I. Cor. 5, 5. — (4) *quod demon - Christi* lc. VII, 15 29 p. 194 sqq. — (5) ms. sompnus.

signum est, quod perfecte castus sit atque purgatus. Similiter quando monachus videt se nudum et erubescit, quasi videretur ab aliis, tunc potest cum propheta dicere (1) : « *Nox illuminacio mea in die* » etc ; et iterum : « *Tu possedisti renes meos* » *etc* (2). Et abbas Iohannes cap. ·XVI°· ait, quod sancti patres cavebant sibi recitare miracula et vitas sanctarum mulierum in presencia monachorum, qui nuper de mundo exierant, quia talis memoria sepius temptat et infestat (3). Et abbas Pinufius cap. · X° · ait, quod omnis talis memoria est fugienda, sicut frater fugeret amplexus meretricis in plathea civitatis, quia memoria mulieris sicut et
·29' amplexus obnubilat mentem. * Et cap. ·XI°· ait, quod plus expedit provocare seipsum ad lacrymas ad memorandum gaudia paradisi quam ad recordandum peccata, quia quamdiu frater stat super cloacam, semper sentit fetorem, et quanto plus movetur, plus fetet. Et signum, quod frater sit perfecte purgatus a peccato carnis est, quando toto corde refugit videre mulieres. Similiter de peccato gule, quando totaliter abstinet omnibus viribus ; et sic de singulis. Nec tamen possunt in hac vita perfecte vitari ; nam, *si dixerimus, quoniam peccatum non habemus* (4), *mentimur* (5). De castitate audiamus duo exempla. Quidam frater quum dolose tractus esset usque ad lectum mulieris languentis amore ejus, et frater hoc cognoscens subito de manu mulieris aufugit. Contigit, quod magister Iordanis visitavit quemdam demoniacum, orans pro eo. Ait demon : « Non exibo, nisi frater, qui fuit in igne [et] non combustus fuit, veniat huc et me expellat.» Et nullus poterat scire, quid vellet dicere. Altera die magister casu assumpsit in socium supradictum fratrem ; et cum intraret domum demoniaci, demon viso fratre clamans statim exivit ; et tunc dixit magistro, quod fuerat in igne, sed non combustus (6). — Frater Dominicus Hispanus, socius beati Dominici, cum procurasset, quod meretrices et lenones de curia regis Hispanie expellerentur, (et) illi turbati in fraudem eum circumvenerunt submittentes meretrices ad eum, que sub specie confessionis inducerent ipsum ad peccandum, et isti essent testes. Quo facto frater Dominicus in ignem copiosum se proiecit et ait : « Veni meretrix ; ecce lectus conveniens meretricatoribus. » Illa videns, quod non comburebatur, nec cappa nec vestis, contrita exclamans, lenones intraverunt, et qui volebant eum diffamare, facti sunt precones sanctitatis et tanti miraculi (7).

113. Undecimus punctus dicitur studium, unde ait : Codices

---

(1) Ps. 138. 11, 13. — (2) *quod monachus - meos* lc. XII, 7, 8 p. 345 sqq. — (3) *quod sancti - infestat* lc. XVIIII, 16 p. 550. — (4) 1 Ioh. 1, 8. — (5) *omnis talis - mentimur* lc. XX, 9 sq. p. 565 sqq. — (6) *quidam - combustus* MOPH, 1 p. 158 c. IV § I. — (7) *fr. Dominicus - miraculi* lc. p. 159 § II.

certa hora, id est post oracionem, debent peti a fratre, qui custodit armarium, et cum legerit, quod sibi sufficit, reponat in armario ; unde subditur, quod omni die debent peti. Unde distinctione ·II[a]· cap. ·XIV°· habetur, quod nulli fratri certus usus librorum concedatur, nec indignetur, a quocumque auferantur vel in cuiuscumque custodia dimittantur. Sed studentibus extra provinciam missis debet provincia providere de biblia et ystoriis et sentenciis, in quibus debent precipue studere, et in glossis et in textu (1). Exemplum : Quidam frater Martinus habebat unam pulcram bibliam et dyabolus in forma monacelli nigerrimi apparuit coram eo saltans hinc et inde et dicebat : « Ydolum ; ydolum ! quia istam bibliam tibi propriam fecisti ; certe tu es totus meus. » Quo audito frater dixit magistro Iordani, qui tunc erat presens in Roma : « Ego resigno eam vobis. » Magister Iordanis videns, quod frater erat utilis predicator, ait : « Ego in nomine domini tibi eam concedo, ut proficias in ea. » Et tunc demon eum non molestavit de cetero, tum propter fratris humilitatem tum propter magistri Iordanis oracionem (2). Item distinctione supradicta scilicet ·II[a]· cap. ·XIIII°· habetur, quod fratres non studeant in libris gentilium aut philosophorum, etsi ad horam inspiciant, nec audiant sciencas seculares, nec artes liberales, sed tam iuvenes quam alii studentes libros theologicos de die, de nocte, in conventu, in itinere semper aliquid legant vel meditentur (3). Exemplum : Quidam frater dum oraret super demoniacum, clamavit demon : « Quanta mala facitis nobis vos predicatores et minores, sed in brevi faciemus vindictam de vobis. » Tunc frater adiuravit eum per crucifixum, quod diceret, quomodo se vindicarent. Qui coactus respondit : « Duo magni principes infernales in brevi exibunt, quorum unus concitabit contra vos papam et prelatos ; alter inducet vos ad mutandum conventum et edificandum domos et habere libros et habere opiniones diversas, quibus impediamini a studio theologie et predicacione (4). Exemplum : Quidam frater multum affectus ad studium philosophie raptus est ad iudicium et dictum fuit ei : « Tu non es frater, sed * philosophus. » Et iussus est denudari et tam duriter fuit flagellatus, quod rediens ad se per dies ·XV· sensit se totum confractum in membris et in dorso substinuit dolores gravissimos (5). — Quidam alter frater in Anglia affectus ad philosophiam cogitavit sermonem palliare philosophicis. Cui dominus Ihesus apparuit ostendens ei bibliam exterius deturpatam ; tunc ait frater : « O domine, quare deturpata est ista vestra biblia ? » Tunc Christus ipsam aperuit, et

·30

(1) *nulli - textu* ALKM, V, 563. — (2) *quidam - orationem* MOPH, **1**, p. 195 § IV. — (3) *quod fratres - meditentur* ALKM, V, p. 562. — (4) *quidam - predicacione* MOPH, **1**, p. 197 § VIII. — (5) *quidam - gravissimos* lc. p. 208 § III.

erat intus pulcerrima; et ait Ihesus : « Certe frater, biblia est valde pulcra, sed vos verbis philosophicis eam deturpatis » (1). Alteri fratri in rotulo ostensa sunt nomina plurium fratrum defunctorum et dictum fuit ei, quod gravissime torquebantur propter suam philosophiam (2). Legitur in libro exhortacionum, quod abbas Theodorus habebat tres libros in cella, in quibus studebat, et omnibus petentibus accomodabat valde libenter. Superveniens abbas Macharius laudavit eum de hoc multum et postea dixit : « Opus bonum facis, sed optimum opus esset, nullos omnino libros possidere. » Quo audito abiit et vendidit omnes libros et precium dedit pauperibus. Item senex, qui non habebat nisi unum evangelium, audiens, quod dixerat abbas Macharius abbati Theodoro, abiit et vendidit illud evangelium et precium pauperibus erogavit (3). Quidam monachus habebat plures libros in fenestra celle sue; quem visitavit abbas Serapion. Ait frater ad abbatem : « O pater, que est via salutis? » Respondit senex : « Tu abstulisti eleemosynas de manu viduarum et orphanorum et emisti tibi libros et replesti fenestras libris, et quid interrogas de via salutis? » Quo audito frater compunctus egit penitenciam (4).

Duodecimus punctus est circa indumentum ; unde ait : *Nec affectetis vestibus placere, sed moribus* (5). Et debent adveniente estate poni in vestiario, ne, si ponerentur in loco proprio, crederet sibi vestem propriam. Et si fieri potest, quod frater adveniente yeme recipiat pellicium sive (6) cappam, quam deposuit anno precedenti, tamen perfectius esset non curare. Unde subditur, quod si datur sibi pellicium peius quam erat illud, quod deposuit, non debet frater murmurare aut contendere; imo si filius fratris vel aliquis consanguineus donaverit ei vestem vel quicquid sit illud, non recipiatur occulte, imo cum licencia et sit in manibus prelati, ut possit illam vestem dare, cui sibi videbitur expedire. Quod si occulte receperit, secundum exposicionem, lude proditoris locum tenet et sicut fur debet puniri. Et ne vestis nimis candida faciat sordes in anima, vestes non lavabuntur secundum voluntatem fratris, sed secundum voluntatem prelati; unde in exposicione : Curare debent prelati, ne per nitorem vestium delinquant subditi, et caveant, qui custodiunt vestes aut calceamenta, quod non differant providere fratribus tempore suo, quia quando differunt dare, faciunt fratres murmurare. Unde ait : *sine murmure serviant fratribus suis* (7), id est sic serviant, quod non sint causa

(1) *quidam - deturpatis* lc. § I. — (2) *alteri - philosophiam* lc. § II. — cf. VP¹ p. 889 (582) — (4) cf. VP¹ p. 890 (583). — (5) e reg. B. Aug. — (6) ms. *suum*. — (7) e reg. B. Aug.

murmuracionis (1). De paupertate vestium dictum est supra. Exemplum : Abbas Isaac vidit monachum bene vestitum; qui ait abbati : « O pater, desidero tecum in isto loco facere penitenciam ». Respondit abbas : « Hic non stant nisi monachi, sed tu es unus secularis; nam abbas Pambo et patres nostri portabant vestes fractas et ex diversis pannis resarcitas. Tu ergo recede, ne sicces hunc locum, habens vestem preciosam » (2).

115. Ultimo dicitur, quod conversi continuent horas sicut et clerici, non habeant libros, sed dicant Pater noster. Exemplum. Quidam conversus ait ad magistrum Iordanem : « Numquid valet tantum in ore nostro unum Pater noster, quantum in ore clericorum, qui sciunt literas ? » Respondit : « Sic; an iudicetis (3), quod unus lapis preciosus tantum valet in manibus illius, qui ignorat virtutem eius, sicut valet in manibus philosophi, qui sciat eius virtutes ? » (4) Et alteri fratri, qui timebat comedere eleemosynas, quia non poterat bene satisfacere, ait : « Sciatis certitudinaliter, quod si pro omnibus eleemosynis, quas comeditis, diceretis devote unum « Pater noster, » plenarie persolvistis; nam spiritualia impreciabilia sunt respectu temporalium et excedunt in infinitum » (5). Explicit. Deo gratias. Amen. *

Nunc redeamus ad historiam fratris Iordanis, prioris provincialis Lombardie, sicut supra dictum est. Hic oriundus fuit de provincia Saxonie in villa Bortege in archiepiscopatu Maguncie (5). Hic factus magnus una cum Henrico fratre suo carnali, iuvene graciosissimo, missi sunt Paritius ad studium. Cum autem Iordanis esset iam probatus in theologia, et consuetudo sua esset omni die surgere ad matutinas et ire ad ecclesiam et primo pauperi petenti dare eleemosynam : quadam vice non habens in promptu, quod daret uni pauperi petenti, dedit ei corrigiam. Qui intrans ecclesiam et orans ante crucifixum vidit dominum Ihesum Christum in cruce pendentem cinctum corrigia illa, quam ante parum dederat pauperi. Qui factus bacchalaureus Parisiensis in sacra theologia (7), audiens magistrum Reginaldum predicantem, vovit apud eum intrare ordinem; et predicans Henricum fratrem suum fecit eum vovere similiter in manibus magistri Reginaldi, quod ordinem intraret. Sed magister Reginaldus interim moritur. Deinde in die cinerum, cum cantaretur « immutemur habitu », habitum ordinis receperunt. Qui factus lector Parisiensis, ut supra dictum est, deinde factus prior provincialis Lombardie, tandem anno domini · M · CC · XXII° ·, cum nondum complevisset duos annos cum dimidio in ordine, apud

· 30

(1) *et debent - mubmuracione* ERA p. 903 sqq. — (2) cf. VP¹ p. 890 (583). — (3) forte *nescitis*. — (4) *quidam - virtutes* MOPH **1**, p. 137 § I. — (5) *et alteri - infinitum* lc. p. 146 § XXIII. — (6) *hic - Maguncie* lc. p. 327. — (7) cf. lc. p. 101 sq. cap. 2 sq.

Parisius in magistrum eligitur die ·XXII· madii. Et ut habetur in cronica ordinis, tempore suo fuerunt licenciati primo fratres Parisius et duas scholas obtinuerunt. Hic rexit ordinem annis ·XIIII· in mirabili sanctitate, et ordo est mirabiliter dilatatus sub eo (1); nam fere mille novicios ad ordinem traxit (2), ex quibus nullus ordinem exivit (3). Unam ·XL^am· faciebat Parisius, aliam Bononie; et semper habebat in vestiario vestes paratas in magna quantitate pro noviciis recipiendis. Bibliam suam sepius impignoravit pro solvendis debitis noviciorum. In festo purificacionis in conventu Parisiensi vestivit ·XXI· scholares (3); apud Vercellas, ubi erat studium generale, vestivit in parvo tempore ·XIII· (5). Quatuor minores provincie sub eo coequate sunt aliis provinciis quoad definitores et ad electionem magistri, quod prius non habebant. Induxit consuetudinem, quod magister mitteret literas per totum ordinem et quod post completorium « Salve Regina » cantaretur in nota; item introduxit consuetudinem de faciendis collacionibus [Parisius scolaribus] (6). Cum itinerabat semper cantabat « Ihesu nostra redempcio » vel « Salve Regina (7). » In itinere mendicabat et socios suos mendicare hostiatim faciebat (8). Cum intrabat conventum, primum infirmos visitabat, ad mensam suam novicios invitabat (9). Sua consuetudo erat orare tanto temporis spacio, quantum homo de facili iret per octo milliaria, nunc stando, nunc genuflectendo, nunc sedendo; tam post completorium quam post matutinas lacrimas in copia permaxima emittebat; unde in oculis infirmatus unum oculum perdidit (10). Panes multiplicavit (11), vinum corruptum in optimum convertit (12). Frater Henricus, frater eius carnalis, sua predicacione totam universitatem Parisiensem ad introitum ordinis incitavit; qui postea fuit provincialis Coloniensis (13).

Eodem anno scilicet ·M·CC·XXII°· frater Ventura de civitate Veronensi fuit factus prior provincialis Lombardie, qui duobus annis rexit; et in conventu Mediolanensi erat adhuc prior frater Iacobus (14) de Ariboldis de burgo Medecie. Hic, dum vixit, nomen prioris retinuit, eciam absolutus.

In ·M·CC·XXIII°· sub magistro Iordane die undecimo iunii apud Bononiam fuit celebratum quartum capitulum generale; et

---

(1) *audiens - sub eo* lc. p. 327. — (2) cf. lc. p. 102 c. IV. — (3) lc. p. 114 c. XVIII. — (4) lc. p. 108 c. XII. — (5) lc. p. 173 § IV. — (6) cf. lc. p. 327 sq. — (7) cf. lc. p. 105 c. VII. — (8) cf. lc. 127 c. XXXIV. — (9) lc. p. 103 c. V. — (10) lc. p. 105 c. VII. — (11) cf. lc. p. 106 c. VIII. — (12) cf. lc. p. 128 c. XXXV. — (13) Fr. Henricum, B. Iordanis carnalem fratrem fuisse, non minus manifeste fallitur auctor noster quam affirmando Henricum munere provincialis Coloniensis esse functum. Loco « provincialis » legas « primus prior », cf. lc. p. 327. — (14) ms. *fr. Iacobus prior.*

sub magistro Ventura Veronensi ibidem celebratum fuit primum capitulum provinciale Lombardie.

In · M · CC · XXIIII° · sub magistro Iordane die · II · iunii apud Parisius fuit celebratum · V · capitulum, quod fuit generalissimum, ubi frater Ventura, provincialis Lombardie, fuit absolutus. Et eodem anno fuit factus prior * provincialis Lombardie tercius · 31
frater Stephanus Hispanus, qui rexit provinciam annis · IX · . Eodem anno beatus Thomas nascitur.

In · M · CC · XXV° · sub magistro Iordane die · XVIII · maii apud Bononiam fuit celebratum · VI · capitulum generale; et sub fratre Stephano Hispano ibidem fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie. Eodem tempore frater Gervasius Mediolanensis factus fuit lector Bononie; eodem [anno] dominus Ugo bacchalaureus theologie et frater Umbertus licenciatus in artibus ordinem ingressi sunt in die chathedre [beati Petri] (1).

In · M · CC · XXVI° · sub magistro Iordane die · VII · iunii apud Parisius celebratum fuit · VII · capitulum generale. Et non credo, quod in Lombardia adhuc fiebant capitula provincialia, nisi de secundo anno in secundum annum, quando capitula generalia fiebant in Bononia, licet forte propter electionem provincialis facerent interdum.

In · M · CC · XXVII° · sub magistro Iordane die · XXX · maii apud Bononiam fuit celebratum · VIII · capitulum generale, et sub fratre Stephano Yspano ibidem celebratum fuit capitulum provinciale. Isto tempore frater Iacobus de Modoecia absolutus fuit a prioratu Mediolanensi, et post eum frater Albericus Placentinus fuit factus prior Mediolanensis.

In · M · CC · XXVIII° · sub magistro Iordane die · XIIII · maii apud Parisius fuit celebratum · IX · capitulum generale, quod fuit generalissimum, ubi facte sunt constituciones, et silencium mense fuit institutum (2).

In · M · CC · XXIX · sub magistro Iordane die · III[a] · iunii apud Bononiam fuit celebratum decimum capitulum generale; et sub

---

(1) Minus recte hic dominus Hugo et Humbertus die cathedrae b. Petri ordinem intrasse dicuntur, quem iam « in festo B. Andree » (30. nov. 1225) ingressum esse ostendit Gerardus de Fracheto. MOPH **1**, p. 170 sqq. § II. — (2) cf. MOPH **1**, p. 327; constitutiones illo anno promulgatas recensuit, commentario instruxit cl. P. Denifile ALKM I,166 sqq. — Cap.

fratre Stephano Yspano ibidem fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie.

In ·M·CC·XXX°· sub magistro Iordane die ·XXVI· maii apud Parisius fuit celebratum ·XI· capitulum generale. Et ipso anno predicante in Alemannia contra hereticos fratre sive magistro Conrado ab ipsis infidelibus martyrizatus fuit; quem deus multis miraculis clarum fecit (1).

In ·M·CC·XXXI°· sub magistro Iordane die ·XI· maii apud Bononiam fuit celebratum ·XII· capitulum generale. Et sub fratre Stephano Yspano fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie. Eodem tempore Ubertus de Narinomnibus, prepositus quondam ecclesie sancti Eustorgii, dolens, quod dederat ipsam ecclesiam fratribus nostris, multam brigam dedit fratribus, volens eos omnino inde expellere; sed succubuit finaliter, quia de consilio omnium ordinariorum et de licencia domini Ugonis de Setata Cymiliarche et vicarii archiepiscopi illa ecclesia data fuerat fratribus.

In ·M·CC·XXXII°· sub magistro Iordane die ·XXX· maii apud Parisius fuit celebratum ·XIII· capitulum generale.

In ·M·CC·XXXIII°· sub magistro Iordane die ·XXII· maii apud Bononiam fuit celebratum ·XIV· capitulum generale; et sub fratre Stephano Yspano ibidem fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie. Et interfuerunt in isto capitulo ultra ·CCC· fratres. Et licet nondum esset beatus Dominicus canonizatus, magister Iordanis cum fratre Stephano provinciali procuraverunt unum tumulum de marmore, ubi non erat aliqua ymago sculpta, satis pulcrum. Et quia corpus fuerat sub terra annis ·XI· in loco depresso, ubi aque decurrere poterant, timuerunt fratres, ne feteret; unde ordinaverunt, quod nulla persona secularis interesset, et quod translaretur de nocte. Sed nobiles de Bononia timentes, ne illud corpus sanctissimum exportaretur, statuerunt, quod nobiles et honorati cives de Bononia cum stipendiariis custodirent sepulchrum pluribus diebus et noctibus. Tandem quadam nocte in presencia potestatis Bononie et ·XXIIII· nobilium de Bononia et in presencia magistri ordinis et tocius capituli generalis frater Stephanus, prior provincialis, ex una parte et frater Rodolfus ex alia parte cum picconibus ferreis cementum percucientes, vix frangere

---

a. 1228 primum cap. generalissimum fuit, secundum vero a. 1236. Unde corrigas, quae auctor tradit supra ad a. 1224 et infra ad a. 1236. — (1) cf. MOPH **1**, p. 2 lc. XXIII.

potuerunt; et finaliter invenerunt capsam; et ecce odor superans omnium aromatum fragranciam exalavit; et omnes fratres cum lacrimis et seculares se ad terram prostraverunt; et aperta capsa odor admirabilis * totam ecclesiam adimplevit. Tunc omnes ceperunt ·31· obsculari capsam cum mirabili devocione et lacrimis, et corpus ejus in aliam capsam translatum fuit, in aliam capsam novam, quam cum clavi clausit potestas Bononiensis, ne aliquis posset inde amovere. Facta aurora ipsius diei ·XXIIII· maii archiepiscopus Ravennensis cum aliis episcopis et prelatis supervenit. Tunc potestas Bononiensis capsam aperuit et odor mirabilis exivit. Et in presencia omnium fratrum et magistri ordinis et archiepiscopi Ravennensis et episcoporum et potestatis Bononie corpus illud sanctissimum fuit repositum in tumulo marmoreo et multa miracula facta sunt. Post ·VIII· dies magister Iordanis in presencia potestatis Bononiensis caput beati Dominici in manibus accepit et plus quam ·CCC· fratres obsculati sunt caput devotissime; et multa miracula facta sunt, ut dicit frater Guillielmus (1) testis adiuratus; et omnes illi fratres senserunt odorem inenarrabilem. Et tunc clausum fuit sepulcrum (2), nec fuit apertum, donec alia vice (3) fuit translatum in sepulcrum nobilissimum, ubi nunc quiescit, quod fecit fieri quidam scholaris de illis de Flesco, nacione Ianuensis.

Gregorius autem ·VIIIIus· auditis his rumoribus recolens, quod in sua presencia resuscitaverat ipse beatus Dominicus Neapoleonem supradictum, recolens quod existens legatus manu propria sepeliverat eum in Bononia, tres instituit inquisitores super recipiendis testimoniis sanctitatis beati Dominici. Nomen uni magister Tancredus, archidiaconus Bononie; secundus dictus est dominus [Thomas], tunc prior sancte Marie de Reno; tercius dictus est frater Palmerius ecclesie de Campagnolla Bononie. Isti tres iudices delegati a papa missi, venerunt Bononiam. Et statim frater Bonaventura, prior conventus Bononie, instituit procuratorem ipsius conventus fratrem Philippum Vercellensem, qui introduxit istos tres iudices delegatos in capitulum, et ibidem erant ·VIIII· fratres presentes, qui iuraverunt testificari, que viderant et certitudinaliter sciebant de sanctitate beati Dominici (4). Nomina testium sunt hec : frater Bonaventura, prior conventus Bononie; frater Amizo de Solario Mediolanensis, prior Paduanus, frater Guillielmus de Montefer-

(1) cf. AASS. lc. p. 632 n. 17. — (2) *et interfuerunt - inenarrabilem* Theod. n. 293 sqq. (p. 608). — (3) nempe anno 1267 cf. AASS. lc. p. 530 n. 896 sq. — (4) *Gregorius - Dominici* Theod. n. 303 sq. (p. 610).

rato, frater Bonvisius; frater Iohannes Yspanus; frater Rodolfus Faventinus, qui fuerat capellanus secularis ipsius ecclesie sancti Nicholai, ubi modo stant fratres; frater Stephanus Yspanus, provincialis Lombardie; frater Paulus Venetus; frater Rogerius Penensis. Hii testificati sunt infrascripta videlicet : quod nunquam comederat carnes nec pinguia nec racione infirmitatis nec racione itineris; quod nunquam iacuit in lecto nec saccone eciam infirmus; quod semper fuit cinctus circa lumbos cathena ferrea; quod nunquam verbum ociosum dixit; quod ieiunium a festo sancte crucis usque ad pasca nunquam fregit nec racione itineris nec racione infirmitatis; quod in tantum dilexit summam paupertatem, quod existens magister ordinis in itinere hostiatim mendicabat et pro eleemosyna panis sibi data genuflectebat; quod in omni missa mirabiles lacrimas emittebat; quod una tantum tunica tam in ieme, quam in estate contentus erat; quod cappam et capucium vilissimum et curtum deferebat; quod virgo purissimus exspirasset; quod predicator ferventissimus et doctor egregius fuerat; quod in vita et in morte miraculis et mirabilibus claruerat; quod angeli sepius ei ministraverant; quod de corpore suo in translacione odor admirabilis emanaverat (1). Hec omnia testimonia Oldurandinus (2), quondam Tbobaldi imperiali auctoritate notarius, recepit et de mandato trium supradictorum delegatorum in propriam formam redegit (3) Gregorius papa his receptis testimoniis ipsum beatum Dominicum cathalogo sanctorum confessorum assignavit anno domini · M · CC · XXXIII° · in civitate Perusina, anno a confirmacione ordinis · XVIII ·, anno a transitu eius · XI · (4). Eodem tempore frater Raymundus, pape Gregorii penitenciarius et capellanus atque expeditor peticionum pauperum, compilavit decretales. Qui factus per dominum papam archiepiscopus Barcinonensis (5) omnino refutavit * (6).

· 32

In · M · CC · XXXIIII° · sub magistro Iordane die · VI[a] · iunii apud Parisius fuit celebratum · XV · capitulum generale.

In · M · CC · XXXV° · sub magistro Iordane die · XXVII · maii apud Bononiam fuit celebratum · XVI · capitulum generale et ibidem sub fratre Stephano Yspano fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie.

---

(1) *Aldrevander* apud Mamachi Annal. Ord. Præd. Romæ 1756, I, append. p. 136. — (2) *quod numquam - emanaverat* cf. supra n. 15 p. 10 sq. — (3) *hec omnia - redegit* Theod. n. 303 (p. 610). — (4) S. Dominicus catalogo sanctorum ascribitur V nonas iulii apud Reate 1234 (non in civitate Perusina, ut plures chronistae ordinis tradunt) cf. MOPH **1**, p. 328 not. *e*. — (5) loco *Barcinonensis* leg. *Tarraconensis* cf. lc. not. *b*. — (6) *Eodem - refutavit* MOPH, lc. p. 330.

In ·M·CC·XXXVI°· sub magistro Iordane die ·XVIII· maii apud Parisius fuit celebratum ·XVII· capitulum generale. Qui ex devocione terram sanctam cupiens visitare et fratres ibidem existentes, in gurgite Satalie cum duobus sociis et nonaginta novem aliis submersi sunt idibus februarii. Corpus autem eius, dum in ripa iaceret inhumatum, lumina de celo et cruces super illud descenderunt; quibus visis omnes persone circumstancium terrarum confluxerunt et sepelientes illud tantum odorem senserunt de corpore eius emanare, quod de manibus eorum, qui illum tetigerunt, odor per dies ·XVII· non potuit recedere. Tandem fratres de Anchon cum barca advenerunt, qui corpus extumulantes eius in ecclesia[m] fratrum de Acchon transtulerunt, ubi miracula multa facta sunt (1).

Post aliquos dies apparuit beatus Iordanis sorori Lyegardi in Brabancia cum splendore mirabili dicens : « Ego sum magister Iordanis, qui transivi de hoc mundo et inter apostolorum et prophetarum choros sum sublimatus. Rogo te, quod michi promisisti, quod omni die pro conservacione ordinis mei psalmum diceres « Deus misereatur » (2) cum oracione de spiritu sancto, ita adimpleas, donec vixeris. » Hec autem scripta sunt in vita ipsius sancte Lyegardis (3). Et ipso anno beatus Thomas ordinem ingreditur ante annos sue pubertatis.

In ·M·CC·XXXVII°· anno vacavit capitulum generale, quod erat apud Bononiam assignatum. Eodem anno Innocencius ·IIII^us^· factus est papa, qui fratrem Ugonem fecit cardinalem.

In ·M·CC·XXXVIII°· anno a confirmacione ordinis ·XXIII· apud Bononiam die ·XXIII· maii fuit celebratum ·XVIII· capitulum generale, ubi frater Raymundus de civitate Barchinona, licet non esset presens in capitulo, eligitur in magistrum ordinis. Et timentes fratres, ne [non] reciperet, missus est ad eum dominus Ugo, qui tunc erat prior provincialis Francie, cum pluribus aliis provincialibus rogantes eum, ut reciperet, quia, si se subtraheret, periculum permaximum imminebat ordini. Qui cum multis precibus fratrum acquievit. Hic fuit de provincia Hyspanie, Cathelanus nacione ex villa, que dicitur Penafortis, de episcopatu Barchinonensi. Hic fuit excellens in iure, et rexit Bononie ; qui factus frater statim assumptus est in socium domini Iohannis legati in Yspaniam. Qui tandem rediens ad curiam factus est domini Gregorii ·IX· capellanus et penitenciarius et expeditor peticionum pauperum. Hic compilavit decretales; archiepiscopatum Barchinonensem refutavit; finaliter ad ordinem rediens

(1) *qui - facta sunt* lc. p. 129 c. XXXVII et p. 329. — (2) Ps. 66. — (3) *post aliquos - Lyegardis* MOPH **1**, p. 132 c. XXXIX.

factus est magister ordinis et constituciones nostras sub certis distinctionibus et titulis cum debita forma ordinavit, summam de casibus compilavit (1). In eodem capitulo Bononie frater Stephanus provincialis Lombardie fuit absolutus, cui successit in provincialatu frater Iohannes Theutonicus. Similiter frater Albertus de Ferraria fit prior Mediolanensis.

In ·M·CC·XXXIX°· sub magistro Raymundo die ·XV· maii apud Parisius fuit celebratum ·XIX· capitulum generale. Tunc temporis erat lector in Colonia frater Albertus Theutonicus ; et beatus Thomas pervenit Coloniam, fratris Alberti factus discipulus.

In ·M·CC·XL°· sub magistro Raymundo die ·III[a]· iunii apud Bononiam fuit celebratum ·XX· capitulum generale, ubi magister Raymundus senciens sibi vires deficere, tantum institit apud difinitores, quod eius cessionem receperunt ; quod fuit causa tante perturbacionis per totum ordinem, quod fuit ordinatum, quod cessio magistri non recipiatur nisi sub certis causis (2).

In ·M·CC·XLI°· anno a confirmacione ordinis ·XXVI· die ·XIX· maii apud Parisius fuit celebratum ·XXI· capitulum generale, ubi frater Iohannes Theutonicus, prior provincialis Lombardie, fuit factus magister ordinis. Hic natus est in oppido dicto Valdeshuse diocesis Mandeburgensis de provincia Saxonie, quod est[sub]dominio archiepiscopi Coloniensis. Hic adhuc in seculo exis-
* 32 tens fuerat multorum cardina*lium socius et penitenciarius. Hic fuit peritus in lingua theutonica et latina et gallica, et imperatoris Frederici notus et familiaris valde; unde iam antiquus ordinem intravit; et factus prior provincialis Ungarie in episcopum Bosnensem ordinatur; qui precibus multis absolucionem a papa Gregorio ·IX· obtinuit. Unde rediens ad ordinem factus est prior provincialis Lombardie. Deinde vadens Parisius, dum cum aliis inclusus fuisset, ut magistrum eligerent, cuidam fratri per visum apparuit, quod frater Iohannes in curru igneo deportaretur per claustrum Parisiense. Et factus magister ipse contradixit dicens, quod fuerat episcopus et multa similia, sed diffinitores protulerunt literas papales, quod esset sub ordinis obediencia (3). Et cum vacaret propter magistri assumpcionem provincialatus Lombardie, ipso anno fit provincialis in Lombardia frater Octo de Frixaco, qui rexit annis tribus (4).

---

(1) *ubi - compilavit* lc. p. 330 ad an. 1238. — (2) *ubi magister - causis* lc. p. 331. — (3) *ubi fr. Ioh. - obediencia* lc. p. 332 sq. — (4) ms. : *duobus;* cf. infra ad a. 1244.

In ·M·CC·XLII· sub magistro Iohanne die ·VIII· Iunii apud Bononiam fuit celebratum ·XXII· capitulum generale, et ibidem sub fratre Octone de Frixaco fuit celebratum capitulum provinciale, et absoluto fratre Alberto, priore Mediolanensi, frater Iacobus de Ariboldis supradictus iterum factus est prior Mediolanensis. Eodem anno in diocesi Tolosana, ubi nuper officium inquisicionis per Gregorium ·VIIII· datum fuerat fratribus nostris, passi sunt fratres W. et B. de Rupeforti et Garsias de Aura (1) pro fide Christi. Et cum ecclesia careret papa, omnes cardinales scripserunt provinciali provincie, quod ipsi tres fratres erant vere martires Christi. Tunc in conventu Burdegallensi frater positus in oracione vidit beatam virginem cum calice aureo recipientem sanguinem de latere filii pendentis in cruce et aspergentem tres fratres predictos. Et in die ante passionem eorum dominus Yhesus in visione cuidam matrone in ecclesia aliquantulum sopite apparuit et de brachio dextero sanguinem stillabat et ait : « Dic priori, quod reliquias sepeliat in tali parte ecclesie. » Sequenti die martyrizati sunt et in illo loco, qui erat valde sollempnis tumulati (2).

In vitis fratrum libro ·V· dicitur, quod a Gregorio ·IX· (3) officium inquisicionis hereticorum in provincia fratribus fuit commissum, propter quod fratres de Tholosa sunt expulsi, et in Narbona conventus fratrum est confractus, et in ·M·CC·XLII· passi sunt pro fide etc. Scripserunt autem cardinales dicentes : « Vere credimus, quod isti tres fratres effecti sunt martires Christi concurrentibus non solum causa mortis, sed et tempore mortis et genere et modo et circumstanciis universis. » Passi sunt autem in castro Avenionensi in diocesi Tholosana (4). »

In ·M·CC·XLIII°· sub magistro Iohanne die ·XIII· maii apud Parisius fuit celebratum ·XXIII· capitulum generale.

In ·M·CC·XLIIII°· sub magistro Iohanne die ·XXII· maii apud Bononiam fuit celebratum ·XXIIII· capitulum generale ; et ibidem sub fratre Octone de Frixaco celebratum fuit capitulum provinciale Lombardie, ubi fuit absolutus frater Iacobus prior Mediolanensis, cui successit frater Rogerius de Macerate. Hic fuerat peritus in iure in seculo et valde nominatus. Eodem anno

---

(1) Ms. : *Carisias cura ;* cf. MOPH **1**, p. 232. — (2) Hic terminat manus, cetera desiderantur nec potuerunt ullatenus inveniri. — Integer liber constat ex quatuor quaternis, quorum duo ex octo componuntur foliis, medius ex quatuor ex unico ultimus et hoc quidem per violentiam ab aliis conscisso, ut apparet. — Sic codex transcriptus II et III. — (3) ms. : *Gregorius.* — (4) *eodem anno - universis* lc. p. 231 sqq. c. I passim ; loco *Avenionensi* legas *Avinioneti.*

Innocencius ·IIII[us]·, qui ordinavit, quod cardinales uterentur capello rubro, dominum Ugonem, priorem provincialem Francie, fecit cardinalem tituli sancte Sabine. Eodem anno frater Octo(ne) de Frixaco provincialis Lombardie fuit absolutus, cui successit frater Iacobus de Boncambio, qui rexit uno anno.

In vitis fratrum lib. III : Dum autem magister Iohannes de Bononia exiens et transiens per planum Lombardie versus Coloniam, ubi erat generale capitulum celebrandum, transivit per Basileam, ubi crucem predicavit in succursum terre sancte, et dedit crucem cuidam canonico; ex quo turbata mater ait : « Tot demones aripiant illum fratrem, quot pendent in arbore folia ». Et statim facta est leprosa. Tunc magister Iohannes ei manum imposuit et ipsam sanavit; et filius eius ordinem intravit (1).

In ·M·CC·XLV°· sub magistro Iohanne Theutonico die ·IV· iunii apud Coloniam fuit celebratum ·XXV· capitulum generale; eodem anno sub fratre Iacobo de Boncambio capitulum provinciale Lombardie fuit celebratum et ipso anno fuit absolutus. Cui successit frater Philippus de Carisio Vercellensis,
* 33 qui rexit uno anno tantum. Eodem anno * frater Rogerius prior Mediolanensis absolvitur. Cui successit frater Iordanis Cumensis, cuius tempore factum est dormitorium maius, chorus est pavimento ornatus, altare maius cum corporibus sanctorum Eustorgii et Magni est elevatum. Hic prior finaliter exivit de ordine.

In ·M·CC·XLVI°· sub magistro Iohanne Theutonico die ·XIX· maii apud Parisius fuit celebratum ·XXVI· capitulum generale.

In ·M·CC·XLVII°· sub magistro Iohanne Theutonico die ·XIX· maii apud Montem pesulanum fuit celebratum ·XXVII· capitulum generale. In hoc capitulo accidit illa admirabilis visio, imo realis apparicio, quod spiritus sanctus in specie ignis super fratres descendit vidente domina Maria, sorore Clementis ·IIII·, de qua supra dictum est (2). Eodem anno, quo frater Philippus Vercellen(sis) provincialis Lombardie suum celebrasset capitulum, illa estate fuit absolutus. Cui successit frater Gualfredus Pergamen(sis), qui rexit tribus annis. Hic frater Gualfredus erat frater

(1) *transivit - intravit* lc. p. 229 § X. — (2) cf. supra n. 77 p. 45.

Mediolanensis et tempore suo inceperunt divisiones voluntatum in provincia Lombardie.

In ·M·CC·XLVIII°· sub magistro Iohanne Theutonico die ·VII· iunii apud Treviros fuit celebratum ·XXVIII· capitulum generale; et ipso anno sub fratre Gualfredo capitulum provinciale fuit celebratum; et ipso anno frater Iordanis prior Mediolanensis absolvitur. Cui successit frater Marchus Tridentinus. Eodem tempore frater Paganus de Marcerate conversus plantavit in medio claustri savinam. Et istis diebus apostataverunt de licencia Gregorii de Monte longo, frater Bonfadus Corbus, frater Bonifacius Cota, frater Bonifacius de Lambro, qui postea fuit episcopus Palencie.

In ·M·CC·XLVIIII°· sub magistro Iohanne Theutonico die ·XXIII· maii apud Parisius fuit celebratum ·XXVIIII· capitulum generale. Eodem anno sub fratre Gualfredo fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie, ubi frater Marchus, prior Mediolanensis, absolvitur; cui successit frater Amizo de Solaria. Hic fuit sacri palacii notarius et intrans ordinem factus prior Paduanus fuit testis sanctitatis beati Dominici.

In ·M·CC·L°· sub magistro Iohanne Theutonico die ·XV· maii apud Londonias fuit celebratum ·XXX· capitulum generale. Eodem anno sub fratre Gualfredo fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie, ubi frater Amigo a prioratu Mediolanensi absolvitur; cui successit frater Egydius Parmensis. Eodem anno frater Gualfredus a provincialatu absolvitur et frater Philippus de Carisia Vercellensis secunda vice fit provincialis et rexit ·VII· annis.

In ·M·CC·LI°· sub magistro Iohanne Theutonico die ·IV· iunii apud Metas fuit celebratum ·XXXI· capitulum generale. Eodem anno sub fratre Philippo Vercellensi fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie, ubi frater Egidius a prioratu Mediolanensi absolvitur; cui successit frater Lambertus Bononiensis. Eodem anno beatus Thomas de Aquino factus est magister licenciatus Parisius anno etatis sue ·XXX·.

Anno Domini ·M·CC·LI°· in territorio castri Gathe sepulti fuerunt duo episcopi hereticorum, videlicet Nazarius et Desiderius. Cum autem juxta castrum transiret beatus Petrus, associatus fratri Gerardo Tridentino, prophetavit dicens: «Anno sequenti istud ca-

strum ab inquisitoribus hereticorum destruetur et illorum episcoporum corpora comburentur.» Cum autem sequenti anno fuisset occisus, castrum fuit dirutum et episcopi combusti. In vitis fratrum lib. III (1).

In ·M·CC·LII°· sub Iohanne Theutonico, cum iam beatus Petrus esset martyrizatus die ·XXV· aprilis, die maii ·XIX·. sequenti, apud Bononiam fuit celebratum ·XXXII· capitulum generale; et ibidem sub fratre Philippo Vercellensi fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie. Et sequenti mense octobris die ·IX· eiusdem magister Iohannes apud Argentinam sepelitur (2).

In ·M·CC·LIII°· vacavit capitulum generale; sed ipso anno sub fratre Philippo Vercellensi apud Mediolanum fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie, in quo corpus beati Petri, quod fuerat sepultum in ecclesia, ubi nunc est altare suum, ·33· transfertur in arcam illam marmoream, quam dona*vit abbas Sancti Simpliciani. Et antequam sepeliretur, supra portam conventus corpus eius ostensum fuit, quod erat integrum. Isto anno Innocencius ·IIII^us·· moritur, et sequenti anno Alexander ·IIII^us·· fit papa.

In ·M·CC·LIIII°· anno a confirmacione ordinis ·XXXIX°·, die ·XXXI· maii apud Budam frater Umbertus nacione Burgondus (3) fit magister ordinis. Hic oriundus fuit de villa dicta Romanis, dyocesis Viennensis in Burgundia (4). Hic missus est ad studium Parisius cilicium ad carnes portabat. Qui in artibus regens tandem theologiam a domino Ugone baccalaurio audivit; qui ambo ad predicacionem magistri Iordanis ingressi sunt ordinem in die cathedre sancti Petri. Ugo iam factus est cardinalis, ut supra dictum est; et nunc frater Umbertus factus est magister ordinis (5). Ipso anno apud Brixiam capitulum provinciale celebratur et frater Lambertus, prior Mediolanensis, absolvitur, et frater Petrus Brixiensis fit prior Mediolanensis.

Isto tempore quidam Guillielmus de sancto Amore, canonicus Matisconensis, et multi alii magistri Parisius contra ordinem insurrexerunt, volentes ordinem destruere et probabant racionibus decretalibus de certis autoritatibus, quod ordo paupertatis

---

(1) *anno - combusti* lc. p. 239. — (2) lc. p. 335 sqq. — (3) ms. : *Brugundus.* — (4) ms. : *Brugundia; — apud - Burgundia* lc. p. 336. — (5) cf. supra lc. p. 87.

non esset in statu salutis, et conscriptus est unus liber magnus valde et portatus ad curiam. Tunc ordinatum est, quod post matutinas dicerentur ·VII· psalmi penitenciales cum letania. Tunc gravis litera ab Innocencio ·IIII°· contra statum ordinis emanavit (1). Et multis ostensis in celo prodigiis in favorem ordinis, papa infirmari cepit et compunctus corde ait : « Propter iniquitatem corripuisti hominem et tabescere fecisti sicut aranеam animam eius. » Et statim exspiravit. Cui successit Alexander ·IIII^{us}·, qui illam literam revocavit et ordini multa privilegia et gracias contulit.

In ·M·CC·LV°· sub magistro Umberto die ·XVII· maii apud Mediolanum fuit celedratum ·XXXV· capitulum generale; et ibidem sub fratre Philippo Vercellensi capitulum provinciale fuit celebratum.

In ·M·CC·LVI°· sub magistro Umberto die ·XVI· aprilis apud Parisius fuit celebratum ·XXXVI· capitulum generale, ubi fuit ordinatum, quod fratres nostri per totum ordinem scriberent miracula fratrum, unde scriptus est liber, qui dicitur Vitas fratrum. Isto tempore fratri Gerardo, priori provinciali Provincie, Lemovicensi fuit commissum per capitulum generale, ut de gestis ordinis et fratrum cronicam scriberet, que diceretur : Liber de vita fratrum predicatorum, qui in ·V· libros distinguitur (2).

Eodem anno apud Cumas sub fratre Philippo Vercellensi fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie.

In ·M·CC·LVII°· sub magistro Umberto die ·VIII· aprilis apud Florenciam (3) fuit celebratum ·XXXVII· capitulum generale, ubi frater Philippus de Carisia a provincialatu absolvitur. Eodem anno sub vicario apud Novarium est celebratum capitulum provinciale Lombardie, ubi frater Iohannes de Moro Vercellensis factus est prior provincialis Lombardie, qui rexit annis ·VII·. Eodem anno frater Petrus, prior Mediolanensis, absolvitur et frater Egidius Parmensis secunda vice fit prior Mediolanensis. Isto anno in festo pentecostes in provincia Anglie frater Riccardus doctor mortuus est. Hic in hora mortis terribilibus oculis fratres circumstantes aspexit, postea ridendo dixit : « Propter oraciones fratrum salvus factus sum ». Hoc in vitis fratrum (4).

---

(1) *isto tempore - emanavit* lc. p. 44 § II; cf. lc. p. 215 § VI, p. 313 n. VII. — (2) cf. lc. p. 3 sq. — (3) ms. *Argentinam.* — (4) *isto anno - factus sum* lc. p. 277 § III.

In ·M·CC·LVIII°· sub magistro Umberto die ·XXIIII· marcii apud Tholosam fuit celebratum ·XXXVIII· capitulum generale. Eodem anno sub fratre Iohanne Vercellensi apud Mediolanum capitulum provinciale Lombardie fuit celebratum, ubi frater Petrus Brixiensis prior Mediolanensis absolvitur et frater Angelus Venetus prior Mediolanensis efficitur. Isto tempore inceptum fuit per seculares expelli fratres de conventu Mediolanensi. Nam frater Raynerius Placentinus inquisitor hereticorum fuit de conventu Mediolanensi per turrianos expulsus. Ad istud capitulum generale scripsit episcopus Tutertinus provincie Hispanie, quod frater Petrus Gonsalini in suo obitu fecerat ·C·LXXX· miracula (1).

In ·M·CC·LIX°· sub magistro Umberto die ·XIII· aprilis apud Valencenas fuit celebratum capitulum generale ·XXXIX·; et sub fratre Iohanne Vercellensi fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie apud Bononiam. Tunc frater Rolandus Cremonensis, lector Bononie, doctor quondam Parisius theologie, mortuus est in conventu Bononie, qui, dum moreretur, vidit in visione, quod beatus Dominicus scripsit : « R et R et L. » Et tunc mortuus est frater Rolandus primo, postea frater Rodolfus, qui fuerat ecclesie sancti Nicholai capellanus, ultimo frater Lambertus, prior in ipso conventu Bononie. Hoc in vitis fratrum (2).

* 34 In ·M·CC·LX°· sub magistro Umberto ·IIII· aprilis apud * Argentinam fuit celebratum ·XL· capitulum generale, et sub fratre Iohanne Vercellensi capitulum provinciale Lombardie apud Ferrariam fuit celebratum.

In ·M·CC·LXI°· sub magistro Umberto die ·VIIII°· iunii apud Barchinonam fuit celebratum ·XLI· capitulum generale et sub fratre Iohanne Vercellensi apud Mediolanum fuit celebratum capitulum provinciale Lombardie, ubi frater Angelus, prior Mediolanensis, absolvitur et frater Iohannes de Operno substituitur; cuius tempore factum fuit dormitorium minus.

In ·M·CC·LXII°· sub magistro Umberto die ·XXVIII· maii apud Bononiam fuit celebratum ·XLII· capitulum generale; et eodem anno sub fratre Iohanne Vercellensi ibidem capitulum provinciale Lombardie fuit celebratum.

---

(1) cf. lc. p. 296 § II. — (2) lc. p. 275 § XIV.

In ·M·CC·LXIII°· sub magistro Umberto die ·XX°· maii apud Londonias fuit celebratum ·XLIII· capitulum generale, ubi ipse magister Umbertus a magisterio ordinis absolvitur, quia prelatos voluit esse perpetuos, quia nimis delicatus eciam cibis et vestibus, et conventus non sufficiebant ad eius pompas et sumptuositates. Item quia fratri Bartholomeo de Turone, magistro licenciato, confessori..... (1).

Eodem anno apud Venecias sub fratre Iohanne Vercellensi fuit celebratum capitulum provinciale.

In ·M·CC·LXIIII°· anno a confirmacione ordinis ·XLVIIII· die ·VIII[a]· iunii apud Parisius frater Iohannes Vercellensis provincialis Lombardie fuit factus magister ordinis et rexit ordinem fere ·XX· annis. Eodem anno apud Bononiam fuit capitulum provinciale, ubi frater Philippus de Carisio, qui fuerat bis provincialis, iterum tercia vice eligitur, qui rexit tantum uno anno.

In ·M·CC·LXV°· sub magistro Iohanne Vercellensi die ·XXIV· maii apud Montempesulanum fuit celebratum ·XLV· capitulum generale; et sub fratre Philippo Vercellensi apud Favenciam capitulum provinciale fuit celebratum, ubi frater Iohannes de Operno absolvitur de prioratu Mediolanensi et frater Vincencius de sancto Michele substituitur. Cuius tempore camere (2) conventus de alio loco ad locum, ubi nunc sunt, translate fuerunt et fons est factus pro purgacione conventus.

In ·M·CC·LXVI°· sub magistro Iohanne Vercellensi die ·XVI· maii apud Trevirim ·XLVI· capitulum generale fuit celebratum, ubi frater Philippus Vercellensis absolvitur. Eodem anno apud Ianuam capitulum provinciale celebratur, ubi frater Iohannes Taurus fit prior provincialis. Isto tempore frater Albertus Theutonicus per papam Clementem factus fuit sacri palacii lector et legit epistolas Pauli, et postea statim factus fuit episcopus Ratisponensis et consecratus. Qui infra annum renunciavit et de cetero dictus est dominus frater Albertus.

In ·M·CC·LXVII°· sub magistro Iohanne Vercellensi apud Bononiam fuit celebratum ·XLVII· capitulum generale, ubi

(1) cf. proleg. n. II. — (2) cameræ id est domus latrinarum.

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

frater Iohannes Taurus a provincialatu absolvitur et in ipso conventu Bononie capitulum provinciale celebratur, ubi frater Iacobus de Voragine fit prior provincialis. In eodem capitulo frater Vincencius a prioratu Mediolanensi absolvitur, cui frater Guidotus de Brivio substituitur. In isto capitulo generali [pro] provincia Romana fuit definitor beatus Thomas. Et corpus beati Dominici transfertur de archa in archam.

In · M · CC · LXVIII° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Viterbium fuit celebratum · XLVIII · capitulum generale; et sub fratre Iacobo de Voragine apud Mantuam capitulum provinciale fuit celebratum. Et frater Thomas Parisius quasdam questiones circa accusaciones faciendas determinavit.

In · M · CC · LXVIIII° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Parisius fuit celebratum · XLIX · capitulum generale, et sub fratre Iacobo de Voragine apud Bononiam fuit capitulum provinciale, ubi frater Guidotus a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Guillielmus de Lambertinis substituitur. Tempore istius prioris factum fuit refectorium et ecclesia exterius est pavimentata, sunt lapides magni dispositi, ubi stant fratres ordinati ad « Salve Regina ». Fenestre ecclesie sunt dilatate.

In · M · CC · LXX° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Mediolanum fuit celebratum capitulum generale · L · ; et sub fratre Iacobo de Voragine ibidem fuit capitulum provinciale.

In · M · CC · LXXI° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Montempesulanum fuit celebratum · LI · capitulum generale ; et sub fratre Iacobo de Voragine apud Ferrariam fuit capitulum provinciale, ubi frater Guillielmus absolvitur a prioratu Mediolanensi et frater Vincencius de sancto Michaele iterum prior
· 34 · Mediolanensis efficitur.*

In · M · CC · LXXII° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Florenciam fuit celebratum · LII · capitulum generale. Eodem anno sub fratre Iacobo de Voragine apud Bononiam provinciale.

In · M · CC · LXXIII° · sub magistro Iohanne Vercellensi in Pestes fuit celebratum · LIII · capitulum generale et sub fratre Iacobo de Voragine apud Favenciam fuit capitulum provinciale, ubi frater Vincencius fuit absolutus a prioratu Mediolanensi. Cui successit frater Guidotus de Brivio.

In · M · CC · LXXIIII° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Lugdunum fuit celebratum · LIIII · capitulum generale, et sub fratre Iacobo de Voragine apud Mediolanum fuit capitulum provinciale. Eodem anno beatus Thomas de Aquino moritur anno etatis sue inchoante quinquagesimo.

In · M · CC · LXXV° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Bononiam fuit celebratum · LV · capitulum generale ; et sub fratre Iacobo de Voragine fuit capitulum provinciale, ubi frater Guidotus absolvitur a prioratu Mediolanensi et frater Guillielmus de Lambertinis iterum prior Mediolanensis efficitur. Cuius tempore facte sunt scole ; item infirmaria magna cum cellis more antiquo ; item refectorium infirmorum et quoquina infirmorum et capella infirmorum. Et · M · CC · LXXV° · frater Petrus de Tarentasia archiepiscopus Lugdunensis fit cardinalis tituli Ostiensis.

In · M · CC · LXXVI° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Pisas fuit celebratum · LVI · capitulum generale ; et sub fratre Iacobo de Voragine apud Placenciam fuit capitulum provinciale. Et frater Petrus de Tarentasia fit papa. In isto capitulo frater Bonanus fuit definitor, et per papam absolucio magistri procuratur.

In · M · CC · LXXVII° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Burdegallas fuit celebratum · LVII · capitulum generale, ubi frater Iacobus de Voragine fuit absolutus. Et eodem anno apud Venecias fuit capitulum provinciale, ubi frater Bonanus Esculanus fuit factus provincialis et rexit tribus annis. Et idem frater Guillielmus fuit absolutus a prioratu Mediolanensi et frater Guido de Coconato successit eidem. Isto tempore a cameris conventus usque ad locum, unde exit fons, factus est murus.

In · M · CC · LXXVIII° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Mediolanum fuit celebratum · LVIII · capitulum generale, et sub fratre Bonano Esculano ibidem fuit capitulum provinciale.

In · M · CC · LXXIX° · sub magistro Iohanne Vercellensi apud Parisius celebratum fuit · LIX · capitulum generale, et sub fratre Bonano Esculano apud Ferrariam fuit capitulum provinciale, ubi frater Guido de Coconato a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Beltramus Vilanus ei substituitur. Hic recuperavit terram superstancie, que est a ponte sancti Eustorgii usque ad scalam sancte Crucis. Isto tempore frater Gualterus de Brebia fecit fieri

voltam, que est super altare beate Virginis et beati Iohannis Baptiste; et frater Lanfrancus de Brena fecit fieri cameram supra ortum in fine dormitorii infirmorum. Isto tempore papa Nicholaus instituit patriarcham in Ierusalem fratrem Iohannem magistrum ordinis.

In ·M·CC·LXXX°· sub magistro Iohanne de Vercellis apud Oxoniam fuit celebratum ·LX· capitulum generale; et sub fratre Bonano Esculano apud Bononiam fuit capitulum provinciale.

In ·M·CC·LXXXI°· sub magistro Iohanne Vercellensi apud Florenciam fuit celebratum ·LXI· capitulum generale, ubi frater Bonanus a provincialatu absolvitur. Et ipso anno apud Bononiam fuit capitulum provinciale, ubi frater Iacobus de Voragine iterum prior provincialis efficitur et rexit ·V· annis, quia fuit archiepiscopus Ianuensis.

In ·M·CC·LXXXII°· sub magistro Iohanne Vercellensi apud Vienam fuit celebratum ·LXII· capitulum generale, et sub fratre Iacobo de Voragine apud Paduam fuit capitulum provinciale.

In ·M·CC·LXXXIII°· sub magistro Iohanne Vercellensi apud Montempesulanum fuit celebratum ·LXIII· capitulum generale, et sub fratre Iacobo de Voragine apud Mediolanum fuit capitulum provinciale. Eodem tempore magister Iohannes moritur et vacavit capitulum generale in ·M·CC·LXXXIIII°· Et in fine ·M·CC·LXXXIII°· ego fui natus.

In ·M·CC·LXXXIIII°· sub fratre Iacobo de Voragine vacante capitulo generali apud Cremonam in sancto Guillielmo fuit capitulum provinciale, ubi frater Beltramus a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Guidotus de Brivio tercia vice prior Mediolanensis efficitur.

In ·M·CC·LXXXV°· anno a confirmacione ordinis ·LXVIII· apud Bononiam fuit celebratum ·LXIV· capitulum generale, ubi frater Munio, prior provincialis Yspanie, factus [est] magister ordinis; et sub fratre Iacobo de Voragine ibidem fuit celebratum capitulum provinciale; ipso anno frater Iacobus fit archiepiscopus Ianuensis, et frater Ioannes Sartor fit prior Mediolanensis.

35 In ·M·CC·LXXXVI°· sub magistro Munione apud * Parisius fuit celebratum ·LXV· capitulum generale et eodem anno apud Fraxen fuit capitulum provinciale, ubi frater Nicholaus Trevisi-

nus fit provincialis. Isto tempore frater Ioannes Sartor prior Mediolanensis fecit claustrum pavimento ornari et frater Daniel de Gluxen, absolutus ab inquisicione, fecit fieri multas cameras infirmitorii.

In ·M·CC·LXXXVII°· sub magistro Munione apud Burdegallas fuit celebratum ·LXVI· capitulum generale. Eodem anno sub fratre Nicholao Trevisino apud Venecias fuit capitulum provinciale. Tunc frater Ioannes Sartor a prioratu Mediolanensi absolvitur. Cui successit frater Paganus Pergamensis.

In ·M·CC·LXXXVIII°· sub magistro Munione apud Lucam fuit capitulum generale, ubi omnes predicatores generales Lombardie fuerunt absoluti; et sub fratre Nicholao Trevisino apud Ariminum fuit capitulum provinciale, ubi facti sunt ·LII· predicatores generales. Tunc frater Paganus a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Iacobus de Cimiliano prior efficitur.

Isto tempore celle dormitorii, que erant de asseribus, facte sunt de gipso. Frater Gabio Cremonensis fecit fieri crucifixum, quod est in medio ecclesie; domus de Modoecia incepit.

In ·M·CC·LXXXIX°· sub magistro Munione apud Trevirim fuit celebratum ·LXVIII· capitulum generale, ubi frater Nicholaus Trevisinus absolvitur a provincialatu. Et isto anno apud Paduam fuit capitulum provinciale, ubi frater Bertoldus fit prior provincialis et rexit annis tribus.

In ·MCC·XC°· sub magistro Munione apud Ferrariam fuit capitulum generale ·LXIIII· et ibidem sub fratre Bertoldo fuit capitulum provinciale, ubi frater Iacobus de Cimiliano a prioratu absolvitur et frater Stephanardus ei substituitur. Eo tempore volta, ubi est capella beati Ambrosii et beati Stephani, construitur. Hic prior fuit primus lector ecclesie Mediolanensis. Tunc frater Otto de Mandelle conversos fecit venire seculares.

In ·M·CC·XCI°· sub magistro Munione apud Valenciam fuit ·LXX· capitulum generale, ubi papa absolvit fratrem Munionem a magisterio, qui postea factus est episcopus Palentinus. Obiit anno domini ·M·CCC·VIII°· ydibus marcii Rome apud sanctam Sabinam.

In ·M·CC·XCII°· anno a confirmacione ordinis ·LXX· apud Romam fuit celebratum ·LXXI· capitulum generale, ubi frater

Stephanus provincialis Francie fit magister ordinis. Eodem anno capitulum provinciale fit Venetiis sub fratre Bertholdo, ubi frater Stephanardus absolvitur et frater Benignus de Concorcio, qui nondum habebat · X · annos in ordine, prior Mediolanensis efficitur. Tempore isto quatuor angeli circa altare positi sunt et domus de Modoecia a potestate conventus Mediolanensis eximitur.

In · M · CC · XCIII° · sub magistro Stephano apud Insulas Flandrie fuit celebratum · LXXII · capitulum generale. Eodem anno capitulum provinciale fuit in Brixia, ubi frater Nicholaus Trevisinus secunda vice fuit factus provincialis, ubi frater Benignus absolvitur et frater Iacobus de Gluxen ei substituitur.

In · M · CC · XCIIII° · sub magistro Stephano apud Montempesulanum fuit celebratum · LXXIII · capitulum generale et mortuo magistro · VIII · calendas octobris capitulum generale vacavit. Eodem anno sub fratre Nicholao Trevisino apud Favenciam fuit capitulum provinciale, ubi frater Iacobus de Gluxen a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Iacobus de Cimiliano secunda vice fit prior Mediolanensis. Tempore isto domus hospitum fit cum solario.

In · M · CC · XCV° · vacante capitulo generali sub fratre Nicholao Trevisino apud Veronam fuit capitulum provinciale.

In · M · CC · XCVI° · anno a confirmacione ordininis · LXXIX · apud Argentinam fuit celebratum · LXXIIII · capitulum generale, ubi frater Nicholaus Trevisinus provincialis Lombardie fit magister ordinis. Eodem anno apud Ferrariam fuit capitulum provinciale, ubi frater Bonifacius de Ripa fit provincialis Lombardie; ubi frater Iacobus de Cimiliano a prioratu Mediolanensi absolvitur. Cui frater Guido de Coconato substituitur secunda vice.

In · M · CC · XCVII° · sub magistro Nicholao apud Venecias fuit capitulum generale · LXXV · et sub fratre Bonifacio de Ripa ibidem fuit capitulum provinciale. Eodem anno frater Guido a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Iulianus Reginus substituitur. Tempore isto campanile est elevatum, altaria exteriora exaltantur, lavatorium, quod erat in claustro, in locutorio ponitur. Frater Iacobus de Gluxen fit lector Mediolanensis et legit annis fere · XXV ·.

In ·M·CC·XCVIII°· sub magistro Nicholao apud Metas fuit celebratum ·LXXVI· capitulum generale. Eodem anno ego frater Galvagnus de la Flamma huius cronice compilator intravi ordinem die ·XXVII· aprilis, et cum haberem ·V· menses in ordine *, sub fratre Bonifacio de Ripa apud Mediolanum fuit capitulum provinciale. Deinde circa festum sancti Andree magister Nicholaus fit cardinalis et transivit per Mediolanum. Postea fuit papa, obiit autem apud Perusium anno domini ·M·CCC·IIII°·, ·VIII°· ydus iulii. ·35·

In ·M·CC·XCVIIII°· vacante capitulo generali sub fratre Bonifacio de Ripa capitulum provinciale fuit in Ianua, ubi frater Iulianus a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Guido de Coconato tercia vice prior Mediolanensis efficitur. Similiter frater Bonifacius provincialis moritur et frater Bertoldus secunda vice provincialis efficitur.

In ·M·CCC°·, anno a confirmacione ordinis ·LXXXIII· apud Marsiliam frater Albertus Ianuensis bacchalarius Parisius ad procuracionem et per literas domini Nicholai cardinalis fit magister Ordinis; ubi frater mortuus in quodam conventu apparuit alteri fratri existenti in Marsilia, narrans sibi, quod illo anno erant mortui de ordine predicatorum ·C·XXXII· etc. In isto capitulo fuit maxima turbacio, videntes fratres quod per personas extra ordinem constitutas ordo regeretur. Unde frater Iacobus Tusingiani prior provincialis Romane provincie habuit ·VII· voces, frater Raymundus Romani diocesis Lugdunensis, prior Parisiensis habuit ·V· voces; frater Robertus Bononiensis habuit unam vocem, reliquas habuit frater Albertus, et factum est secundum scruptinium. Eodem anno de mense augusti ipse magister moritur ·VI· kalendas septembris. Eodem anno sub fratre Bertoldo apud Paduam fuit capitulum provinciale, ubi frater Guido de Coconato fuit absolutus a prioratu Mediolanensi et frater Benignus secunda vice prior efficitur. Tempore isto capella beati Petri Martyris efficitur et armarium in ingressu sinistro parvi dormitorii ponitur.

In ·M·CCC·I°·, anno a confirmacione ordinis ·LXXXIIII· apud Coloniam fuit celebratum ·LXXVIII· capitulum generale, ubi frater Bernardus, prior provincialis Provincie, fit magister

ordinis. Eodem anno sub fratre Bertoldo apud Placenciam fuit capitulum provinciale.

In ·M·CCC·II°· capitulum generale et provinciale fuerunt in Bononia et frater Thomas fit prior Mediolanensis.

In ·M·CCC·III°· sub magistro Bernardo apud Bizuncium fuit celebratum ·LXXX· capitulum generale, ubi divise sunt provincie, videlicet Teutonie, Provincie, Yspanie, Polonie et Lombardie, et per consequens provinciales predictarum provinciarum; ubi beatus Dominicus apparuit magistro Bernardo, unde capitulum provinciale Lombardie superioris fuit in Aste, ubi frater Guido de Coconato fuit factus provincialis et per papam confirmatus; et rexit mensibus ·XV· Et magister ordinis moritur ·XIII· kalendas octobris; et frater Thomas absolvitur et frater Paulus substituitur etc.

In ·M·CCC·IIII°· anno a confirmacione ordinis ·LXXXVII. apud Tholosam frater Aymericus Placentinus existens prior provincialis Grecie fit magister ordinis. Ad istud capitulum ivit frater Aymericus prior provincialis Grecie, qui procuravit absolvi a provincialatu Grecie ante incepcionem capituli, unde in electione magistri vocem non habuit. Ex hoc frater videntes ipsius humilitatem provocati sunt ipsum facere magistrum, de quo non erat nec spes nec imaginacio. Et habuit in primo scruptinio ·XII· voces et frater Guillielmus Petri habuit ·IX· Et iterato scruptinio factus est magister frater Aymericus satis pacifice. Et sub fratre Guidone de Coconato capitulum provinciale fuit Mediolani, et erat tunc prior Mediolanensis frater Paulus Marius. Isto tempore papa Benedictus beato Petro Martyri calicem ex auro, duo candelabria de argento, thuribulum de argento, paramenta rubea [obtulit]. Eodem anno studium generale ponitur in Ianua.

In ·M·CCC·V°· sub magistro Aymerico apud Ianuam fuit capitulum generale ·LXXXII·, ubi frater Guido absolvitur a provincialatu et frater Barnabas Vercellensis lector Ianuensis prior provincialis efficitur, frater Paulus Manrius a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Oto de Porta Cumensi prior Mediolanensis efficitur. Tempore isto facta est capella campanilis et frater Paulus Manrius fecit fieri capellam angelorum.

In ·M·CCC·VI°· sub magistro Aymerico apud Parisius fuit celebratum ·LXXXIII· capitulum generale et sub fratre Barnaba apud Cumas fuit capitulum provinciale. Eodem anno frater Oto a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Benignus tercia vice prior efficitur. Iste fecit ampliari cellas infirmitorii et cameras, stella aurea super campanile ponitur, horologium ferreum fabricatur.

In ·M·CCC·VII°· sub magistro Aymerico apud Argentinam fuit celebratum ·LXXXIIII· capitulum generale; et [sub] fratre Barnaba apud Novariam capitulum provinciale fuit.* ·36

In ·M·CCC·VIII· sub magistro Aymerico apud Paduam fuit celebratum ·LXXXV· capitulum generale; et sub fratre Barnaba apud Pergamum fuit capitulum provinciale. Eodem anno frater Benignus absolvitur a prioratu Mediolanensi et frater Petrus de Cambraco substituitur. Isto tempore cemeterium clauditur muro.

In ·M·CCC·VIIII°· sub magistro Aymerico apud Cesaragustam fuit celebratum ·LXXXVI· capitulum generale et sub fratre Barnaba apud Papiam fuit celebratum capitulum provinciale, ubi frater Petrus a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Oto de Porta Cumensi ei substituitur secunda vice. Isto tempore tabernaculum super altare maius ponitur, inter duas portas sedilia et pavimentum componitur, campanile testudiantur cum hostio ferreo.

In ·M·CCC·X°· sub magistro Aymerico apud Placenciam fuit celebratum ·LXXXVII· capitulum generale et sub fratre Barnaba ibidem capitulum provinciale fuit.

In ·M·CCC·XI°· sub magistro Aymerico apud Neapolim fuit celebratum ·LXXXVIII· capitulum generale, ubi magister Aymericus ad postulacionem et procuracionem domini fratris Nicholai cardinalis tituli Ostiensis absolvitur; et sub fratre Barnaba apud Novariam fuit capitulum provinciale; multi fratres de Mediolano per seculares sunt expulsi.

In ·M·CCC·XII°· anno a confirmacione ordinis ·LXXXXV· capitulum ·LXXXVIIII· generale fuit apud Carcasonam, ubi frater Berengarius magister licenciatus et provincialis Provincie fit magister ordinis. Ad istud capitulum scripsit dominus Ostiensis

supradictus, quod nullo modo fieret frater Berengarius, quia ipse erat unus barattarius, et vere sic erat, et fuerunt multe dissensiones, quia magister Guillielmus Petri ·VIII· voces [habuit] et frater Berengarius prevaluit. Et sub fratre Barnaba apud Ianuam fuit capitulum provinciale. Eodem anno frater Oto a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Gregorius de Carcano fit prior. Tempore isto circa archam beati Petri facta est cortina cum leunculis marmoreis.

In ·M·CCC·XIII°· sub magistro Berengario apud Metas fuit celebratum capitulum generale LXXXX, ubi frater Barnabas absolvitur. Eodem anno apud Cumas sub fratre Benigno Vicario provinciali, fuit celebratum capitulum provinciale, ubi frater Emanuel Novariensis provincialis efficitur. Isto anno frater Gregorius a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Iacobus de Gluxen secunda vice prior Mediolanensis efficitur. Isto tempore per seculares multi fratres sunt expulsi de conventu Mediolanensi.

In ·M·CCC·XIIII°· sub magistro Berengario apud Londinas fuit celebratum ·LXXXXI· capitulum generale et sub fratre Emanuele apud Vercellas fuit capitulum provinciale.

In ·M·CCC·XV°· sub magistro Berengario apud Bononiam fuit celebratum ·LXXXXII· capitulum generale et sub fratre Emanuele apud Brixiam fuit capitulum provinciale, ubi frater Iacobus de Gluxen a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Paulus Marius secunda vice prior Mediolanesis efficitur. Iste prior fecit fieri tabulas beate virginis et Iohannis Baptiste. Frater Benignus fecit fieri domum rasure et dormitorium hospitum.

In ·M·CCC·XVI°· sub magistro Berengario apud Montempesulanum fuit celebratum ·LXXXXIII· capitulum generale et sub fratre Emanuele apud Alexandriam fuit capitulum provinciale.

In ·M·CCC·XVII°· in absencia magistri ordinis apud Pampalloniam fuit celebratum ·LXXXXIIII· capitulum generale et sub fratre Emanuele Novariensi apud Vercellas fuit capitulum provinciale et de mense septembris magister ordinis fit archiepiscopus Compostellanus. Eodem anno,quum magister esset missus per papam in Franciam ad regem Franchorum, recepit literas, quod esset factus archiepiscopus Compostellanus; qui recipere noluit,

nisi papa preciperet. Papa ait : « Nos non precipiemus, imo nisi acceptaverit de alio providebimus; » et tunc acceptavit. Eodem anno frater Paulus a prioratu Mediolanensi absolvitur et frater Benignus quarta vice prior Mediolanensis substituitur. Hic fecit pingi domum hospitum.

In · M · CCC · XVIII° · anno a confirmacione ordinis · CI · apud Lugdunum capitulum · LXXXXV · generale celebratur, ubi frater Herveus magister licenciatus et provincialis Francie magister ordinis efficitur. Eodem anno apud Yporegium sub fratre Emanuele fuit capitulum provinciale.

In · M · CCC · XVIIII° · sub magistro Herveo apud Cadurzum fuit celebratum · LXXXXVI · capitulum generale, ubi frater Emanuel Novariensis a prioratu absolvitur. Eodem anno sub fratre Iacobo de Gluxen vicario provincie apud Cumen capitulum provinciale fuit, ubi frater Barnabas Vercellensis secunda vice prior provincialis efficitur. Eodem anno frater Benignus a prioratu Mediolanensi absolvitur et * frater Lanfrancus Caginarcha · 36 · lector Mediolanensis prior Mediolanensis efficitur. Isto tempore domus super portam usque ad introitum porte, que ducit in ortum sunt elevate. Frater Benignus fecit ampliari sacristiam.

In · M · CCC · XX° · sub magistro Herveo apud Rotomagum fuit celebratum · LXXXXVII · capitulum generale et sub fratre Barnaba apud Astam fuit capitulum provinciale, ubi studium generale de conventu Ianuensi transfertur ad conventum Mediolanensem. Aliqui fratres de Mediolano per seculares expelluntur, aliqui per legatum citantur.

In · M · CCC · XXI° · apud Florenciam sub magistro Herveo fuit capitulum generale et sub fratre Barnaba apud Albam fuit capitulum provinciale.

In · M · CCC · XXII° · sub magistro Herveo apud Viennam Alamanie fuit celebratum · LXXXXVIIII · capitulum generale et sub fratre Barnaba apud Savilianum capitulum provinciale fuit. Eodem anno, absoluto fratre Lanfranco, frater Gregorius secunda vice prior Mediolanensis efficitur, et post pauca frater Iacobus de Gluxen, lector ecclesie Mediolanensis, moritur in Asta et frater Gregorius lector efficitur; qua de causa absolutus, frater

Petrus Palacha, lector Mediolanensis, prior efficitur. Eodem anno de mense februarii fratres de Mediolano sunt expulsi, exceptis paucis.

In ·M·CCC·XXIII°· sub magistro Herveo apud Barchinonam fuit celebratum ·C· capitulum generale; et post pauca magister ordinis moritur; et beatus Thomas de Aquino canonizatur die ·V· marcii, anno a transitu suo ·L· inchoante. Eodem anno apud Placenciam fuit capitulum provinciale.

In ·M·CCC·XXIIII°· anno a confirmacione ordinis ·CVII· apud Burdegallas fuit celebratum ·CI· capitulum generale, ubi frater Barnabas provincialis Lombardie superioris fit magister ordinis. Eodem anno apud Ianuam fuit capitulum provinciale, ubi frater Gabriel de Trevi Ianuensis fit prior provincialis.

In ·M·CCC·XXV°· apud Venecias sub magistro Barnaba fuit celebratum ·CII· capitulum generale et sub fratre Gabriele Ianuensi apud Tortonam capitulum provinciale, sed provincialis non interfuit, quia infirmus.

In ·M·CCC·XXVI°· sub magistro Barnaba apud Parisius fuit celebratum ·CIII· capitulum generale et sub fratre Gabriele apud Cherium fuit capitulum provinciale.

In ·M·CCC·XXVII°· sub magistro Barnaba apud Perpinianum fuit celebratum ·CIIII· capitulum generale et sub fratre Gabriele apud Tortonam fuit celebratum capitulum provinciale.

In ·M·CCC·XXVIII°· sub magistro Barnaba fuit celebratum ·CV· capitulum generale in Tholosa, et sub fratre Gabriele apud Taurinum fuit celebratum capitulum provinciale.

In ·M·CCC·XXVIIII°· sub magistro Barnaba apud Cisteros(1) fuit celebratum ·CVI· capitulum generale et sub fratre Gabriele in Ianua fuit celebratum capitulum provinciale.

In ·M·CCC·XXX°· sub magistro Barnaba fuit in Traiecto celebratum capitulum generale ·CVII· in provincia Francie et sub fratre Gabriele in Asta fuit celebratum capitulum provinciale.

In ·M·CCC·XXXI°· sub magistro Barnaba capitulum generale fuit celebratum in Victoria, provincia Yspanie, et sub fratre

(1) Cistaricum.

Gabriele in Placencia capitulum provinciale. Eodem anno de mense februarii clerus Mediolanensis revocatur. Eadem anno die ·X· Ianuarii frater Barnabas magister ordinis apud Parisius moritur.

In ·M·CCC·XXXII°· vacante capitulo generali sub fratre Gabriele apud Placenciam celebratum fuit capitulum provinciale.

In ·M·CCC·XXXIII°· apud Divionum in provincia Francie fuit celebratum ·CVIIII· capitulum generale, ubi frater Ugo de Valseman, provincialis Francie, magister in theologia, fit magister ordinis. Eodem anno apud Ianuam fuit celebratum capitulum provinciale.

Siglis usus sum his :

AASS = Acta Sanctorum, Bollandistarum Augusti tom. I. Parisiis et Romae 1867.

ALKM = Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte des Mittelalters I. 1885 ; V. 1889.

CSEL = Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum. [ed. Acad. Vindobon.]

ERA = Expositio in Regulam B. Augustini [MIGNE Patrol. Lat. CLXXVI].

MOPH = Monumenta Ordinis Fratrum Praedicatorum Historica. Vol. I.

SSOP = Scriptores Ordinis Praedicatorum auctoribus Quetif-Echard. Lutetiae Parisiorum 1719.

Theod. = Theodoricus de Apoldia Vita B. Dominici [edd. Bollandistae Augusti tom. I. ad diem IV. (1867)].

Vfr. = Vitae Fratrum Ord. Praed. [ed. Reichert] = MOPH **1**.

VP' = Vitae Patrum ed. Rosweydus [MIGNE Patrol. Lat. LXXIII].

Uncinis ( ) inclusi, quae delenda, uncinis [ ], quae addenda esse puto.

INDEX I.

SERIES PRIORUM PROVINCIALIUM LOMBARDIAE PROVINCIAE.

Iordanis Saxo	1221 (1)	Iacobus de Voragine . . .	1267 (4)
Ventura Veronensis. . . .	1222	Bonanus Esculanus	1277
Dominicus.	1223 (2)	Iacobus de Voragine . . .	1281
Stephanus Hispanus . . .	1224 (3)	Nicholaus Trevisinus . . .	1286
[*Dominicus Segobiensis*]. .	1236	Bertoldus	1289
Iohannes Theutonicus . . .	1238	Nicholaus Trevisinus . . .	1293
Octo de Frixaco	1241	Bonifacius de Ripa	1296
Iacobus de Boncambio . . .	1244	Bertoldus	1299
Philippus de Carisio . . .	1245	Guido de Coconato	1303
Gualfredus Pergamensis . .	1247	Barnabas Vercellensis . . .	1305
Philippus de Carisio . . .	1250	*Benignus vicarius* . . .	1313
Iohannes de Moro	1257	Emanuel Novariensis . . .	1313
Philippus de Carisio . . .	1264	Barnabas Vercellensis . . .	1319
Iohannes Taurinus.	1266	Gabriel de Trevi.	1324

(1) Annus electionis.

(2) Authentico documento, in archivio publico Bononiensi asservato, constat fratrem Dominicum provincialem extitisse ineunte 1223.: die enim *duodecimo exeunte februario indictione undecima* testis est donationis factae fr. Rudolfo conv. Bononiensis a Raynaldo quondam nuntio scholarium Bononiensium. Unde corrigas quae MOPH **1** p. 304 nota *a* auctoritate Galuagni in errorem ductus annotavi.

(3) Stephanum Hispanum praefuisse prov. Lombardiae ad annum 1236 tantum successoremque habuisse Dominicum Segobiensem de anno 1236 ad 1238 tradunt Taegius (Chron. ord. adhuc inedita ad a. 1236), Colbertus (Chron. ord. pariter inedita), Bull. Ord. Praed. I. (append. ad Gregorium IX), relinquentes hac in re sententiam Stephani de Salanhac et Bernardi Guidonis, quos sequitur Quetif-Echard (SS. O. P. I. 53).

(4) Muratori *Rer. It. Script. IX.* p. 50 iam anno 1264 Iacobum de Voragine priorem provincialem Lombardiae extitisse refert. Errat tamen; nam capitulum generale ordinis, cuius occasione Iacobus Viterbii aderat, hoc in loco nonnisi anno 1268. celebratum esse constat.

INDEX II.

SERIES PRIORUM CONVENTUS S. EUSTORGII MEDIOLANI
AB ANNO 1222. AD 1333.

Iacobus de Ariboldis . . . 1222
Albericus Placentinus . . . 1227
Iacobus de Ariboldis . . . 1242
Rogerius de Macerate . . . 1244
Iordanis Cumensis 1245
Marchus Tridentinus . . . 1248
Amizo de Solaria 1249
Egydius Parmensis 1250
Lambertus Bononiensis . . 1251
Petrus Brixiensis 1254
Egydius Parmensis 1257
Petrus Brixiensis 1258
Angelus Venetus. 1258
Iohannes de Operno. . . . 1261
Vincentius de s. Michaele . . 1265
Guidotus de Brivio 1267
Guillielmus de Lambertinis . 1269
Vincentius de s. Michaele . . 1271
Guidotus de Brivio 1273
Guillielmus de Lambertinis . 1275
Guido de Coconato 1277
Betramus Vilanus 1279
Guidotus de Brevio 1284
Iohannes Sartor 1285
Paganus Pergamensis . . . 1287
Iacobus de Cimiliano . . . 1288
Stephanardus. 1290
Benignus de Concorcio . . . 1292
Iacobus de Gluxen 1293
Iacobus de Cimiliano . . . 1294
Guido de Coconato 1296
Iulianus Reginus. 1297
Guido de Coconato 1299
Benignus de Concorcio . . . 1300
Thomas 1302
Paulus Marius 1303
Oto de Porta Cumensi . . . 1305
Benignus de Concorcio . . . 1306
Petrus de Cambraco . . . 1308
Oto de Porta Cumensi . . . 1309
Gregorius de Carcano . . . 1312
Iacobus de Gluxen 1313
Paulus Marius 1315
Benignus de Concorcio . . . 1317
Lanfrancus Caginarcha . . 1319
Gregorius de Carcano . . . 1322
Petrus Palacha 1322

INDEX III.

RERUM PRAECIPUARUM SECUNDUM ORDINEM CAPITUM.

PARS PRIMA.

DE VITA BEATI DOMINICI. p. 1-39

N. 1 De nativitate b. Dominici . . p. 1
2, 3 De studiis b. Dominici Pallenciae. . . . . p. 1, 2
4, 5 De legatione Didaci in Marchiam, comite b. Dominico, de eorum itinere Romam et praedicatione contra Albigenses . . . . . p. 2. 3
8, 9 De miraculis quibusdam b. Dominici in terra Albigensium patratis . . . . p. 3 sqq.
10 De fundatione conventus Tholosani . . . . . p. 5 sq.
11 De itinere b. Dominici Romam et de confirmatione ordinis p. 6 sq.
12 De visione quadam Iohannis famosissimi in abstinentia p. 6 sqq.
13 De diversis visionibus ordinis p. 9 sq.
14 De itinere b. Dominici de Roma Tholosam . . . . . p. 10
15 De statura b. Dominici eiusque modo vivendi . . . . p. 10 sq.
16-19 De cellis aliisque locis regularibus et de observantiis introductis In conventu Tholosano; de fratribus missis in Hispaniam et Parisios . p. 12 sq.
19-26 De itinere b. Dominici Romam; de diversis ibidem habitis visionibus variisque ab eo patritis miraculis in monasterio s. Sixti, de ingressu b. Reginaldi in ordinem, fratribus missis Bononiam p. 13 sqq.
26 De conventu Bononiensi et de morte b. Reginaldi . . p. 18 sq.
27-37 De variis itineribus b. Dominici diversisque miraculis eiusdem; de fundatione conventus Mediolanensis. . p. 19-23
37-52 De diversis constitutionibus
56,57 factis in primo capitulo ge-
58 nerali; de mente b. Dominici de paupertate a fratribus servanda et de domorum constructione . . . . . p. 23 sqq.
48 De virtute cellae . . . . . p. 29
52-56 De cibo et potu . . . p. 32 sqq.
59 De ultimo itinere b. Dominici . p. 36
60 De secundo capitulo generali p. 36 sq.
61-63 De morte b. Dominici eiusque sepultura . . . . p. 37 sq.
63 De itinere b. Iordanis de Francia in Lombardiam . . p. 38 sq.

SECUNDA PARS.

DE MODO VIVENDI FRATRUM. p. 39-85

A) *De observatione constitutionum ordinis.*

65-79 De matutinis, laudibus. p. 39 sqq. De devotione fratrum erga b. M. V., de occupationibus fratrum quotidianis cf. 93, 95, 96, 98.
79-81 De prandio . . . . . p. 46
81-88 De fervore fratrum eorumque zelo animarum. . p. 47 sqq.
88 De puritate conscientiae fratrum . . . . . p. 50
89 De usu cilicii et observantia silentii. . . . . p. 50
90 De cura hospitum . . . . p. 51
91 De fratribus missis de uno conventu ad alium . . . . . p. 51
92 De cura infirmorum . . . . p. 51
94 De completorio . . . . . p. 51
99 De b. M. V. et angelis aspergentibus aqua benedicta fratres quiescentes. . . . p. 53 sq.

B) *De observatione regulae b. Augustini.*

100-103 De obedientia. . . p. 54 sqq.
103 De vitando iram et lites p. 59 sqp.
104 De pertinacia i. e. de numquam volendo petere veniam 62 sqq.
105 De faciliter parcendo . . . p. 64
106 De puritate cordis . . . . p. 64
107 De psalmodia. . . . . p. 67
108 De oratione . . . . . p. 67 sq.
109-111 De pacientia . . . . p. 69 sqq.
111-112 De infirmis . . . . p. 72 sqq.
De devotione erga b. M. V. p. 75 sq.
De purgatorio . . . . . p. 78
De castitate . . . . . p. 79
113 De studio . . . . . p. 82
114 De indumento . . . . . p. 84
115 De conversis. . . . . p. 85

TERCIA PARS.

DE MAGISTRIS GENERALIBUS ORDINIS A B. IORDANE AD UGONEM DE VALSEMAN (1222-1333). p. 85-111

De prioribus et capitulis provincialibus prov. Lombardiae, de prioribus conventus S. Eustorgii Mediolanensis rebusque ad eundem conventum spectantibus . . . . . p. 85-111

INDEX IV.

PERSONARUM.

A.

Abraham . . 8. 68, 80
— abbas . . . 25
Achilles abbas . . 60, 72
Aegydius, v. Egydius.
Agathon » . . . 60
Albericus Placentinus fr. prior Mediol. . 87
Albertus fr. . . . 6, 13
— de Ferraria fr. pr. Mediol. 92, 93
— Ianuensis fr. mag ord. . . 105
— Romanus fr. . 15
— Theutonicus fr. (Magnus) . . 99
Albigenses 2, 4
Albi monachi . . . 2
Aldefunsus rex Castellae 2
Alexander papa IV 41, 96, 97
Alexander archiep. . 63
Amata sor. ord. . . 18
Ambrosius (s.) . . . 8
Amicia de Ioviniaco . 6
Amigo de Solaria fr. prior Mediol. . 95
— prior Paduanus 89
Amonas abbas . . . 60
Andreas (s.) . . . 105
Angelus Venetus fr. prior Mediol. . . 98
Antonius (s.) . . . 56
— abbas 25, 30, 33, 56, 80
Aquilegensis patriarcha. 38
Aragonum rex. . . 5
Arsenius abbas . 30, 31
Augustinus (s.) 6, 8, 13, 26, 40, 54
Aurasicensis ep. . . 10
Aymericus Placentinus fr. mag. ord. 106 sq.

B.

Barnabas Vercellensis fr. mag. ord. 106, 107, 108, 109, 110, 111
Bartholomaeus Theutonicus fr. . 41
— de Turrone fr. 99
Basilius abbas . . . 25
Beltramus Vilanus fr. prior Mediol. . 101 sq.
Beltrandus (b.) fr. 6, 13, 14, 20, 77
Benedictus (s.) . . . 8, 26
— papa XI. . . 106
Benignus de Concorcio fr. prior Mediol. 104, 105, 107, 108
Berengarius fr. mag. ord. . . . . 107 sq.
Bernardus (s.) . . . 8
— Bononiensis fr. 19, 33
— de Rupe forti fr. 93
— fr. mag. ord. 105 sq.
Bertholdus fr., Theutonicus . . . 41
— fr. prior Mediol. 103, 104, 105, 106
Bona (b.) 10
Bonanus Esculanus fr. provlis Lombardiae 101 sq.
Bonaventura Bonon. fr. . . . . 36 sq. 89
Bonfadus Corbus fr. 95
Bonifacius Cota fr. . 95
— Lambro fr. . 95
Bonifacius Bonon. novitius fr. . 73, 74
— de Ripa fr. provlis Lombardiae . . . 104, 105
Bononienses nobiles . 88
Bononiensis potestas. 88, 89
— scolaris quidam 52
Bonvisius fr. socius b. Dominici . . 36, 90
Bosnensis ep. . . . 92

C et K.

Caecilia (s.) . . . 14, 16
Cartuciensis prior. . 10
Cassianus 29
Catherina (s.) 14, 16, 39, 68
Cerimon abbas. 32, 59, 81
Christianus fr. . . 14
Cimiliani (Cellani). . 5
Cistello (de) moniales. 23
Cisterciensis ordo. . 5, 10
— conversus fr. . 5
— prior quidam . 37
Clarus mag. fr. . . 19
Clemens papa IV 41, 45, 94, 99
Coloniensis archiep. . 92
Compostellanus » . 108
Conradus fr. Constantiensis . . . 75
— mag. qui falso dicitur fr. ord. praed. . . . 88
Corradus Theutonicus mag. fr. 37

D.

Daniel abbas 24, 66, 71, 80
— de Gluxen fr. inquisitor . . 103

David proph. . . . 8, 81
— fr. 39
Delfinus Viennensis . 6
Desiderius ep. . . . 95
Didacus ep. Oxomensis 2, 3
Dominicus (s.) 1 sqq, 39, 40, 54, 73, 76, 77, 82, 88, 89, 90, 95, 100, 106
— fr. 6, 13; Hispanus 82

E.

Egydius Parmensis fr. prior Mediol. . 95, 97
Eladius abbas . . . 30
Emanuel Novariensis fr. prov. Lombardiae 108, 109
Epiphanius abbas . . 61
— ep. Cipri . . 63
Esius abbas. . . . 60
Eufrasia Monialis . . 33
Eustorgius (S). . 23, 94 [vide Mediolanum].
Evagrius abbas . . 34
Everardus fr. . . . 38

F.

Felix pater s. Dominici 1
Flesco (de) scholaris quidam 89
Franciscus (S.). . 7, 8, 9
Francorum rex . 5, 6, 108
Fredericus imperator I 1
— — II 92
Fulco ep. Tholosanus 5, 6, 10

G.

Gabio Cremonensis fr. 103
Gabriel de Trevi fr. prov. Lambardiae 110, 111
Galiardus fr. . . 28, 54
Galuagnus de la Flamma fr. . . , 1, 105
Garsias de Aura . . 93
Gaylardus vide Galiardus.
Gerardus Lemovicensis fr. de Fracheto 97
— Tridentinus fr. 95
Gervasius Mediolanensis, lector Bononiae fr. 87
Gomesius fr. . . . 6, 13
Gregorius (s.) . . . 8, 9
— fr. 6, 13
— de Carcano fr. prior Mediol. 108, 109
— de Monte longo fr. 95
— papa IX 9, 17, 89, 93
Gualfredus Pergamensis fr. prov. Lombardiae . . . 94 sq.
Gualterus de Brebia fr. 101
Guido de Coconato fr. prior Mediol. 101, 104 sqq.
Guidotus de Brivia fr. prior Mediol. . 100-102
Guillelmus fr. . . . 89
— de s. Amore . 96
— de Lambertinis fr. prior Mediol. . . . 100 sq.
— de Montefer-rato fr. . . . 90
— Petri fr. . 106, 108
Guisbertus fr. . . . 37
Guntrada 13

H.

Henricus fr. . . . 6, 13
— Coloniensis 85, 86
Hervaeus fr. mag. ord. 109 sq.
Hildericus Galiciani . 23
Hispaniae rex . . . 82
Honorius III. papa. 17, 21
Hieronymus (s.) v. Ieronymus
Hilarius (s.) v. Ilarius [mus
Hugo v. Ugo.
Humbertus v. Umbertus.

I et Y.

Iacobus 68
— fr. 18
— fr. de Ariboldis prior Mediol. 23, 86, 87, 93
Iacobus fr. de Boncambio prov. Lombardiae . 94
— fr. de Cimiliano prior Mediol. . 103, 104
— fr. de Gluxen fr. prior Mediol. 104, 108 sq.
— fr. de Modoetia = de Ariboldis.
— fr. de Operno prior Mediol. 98 sq.
— fr. de Voragine prov. Lombardiae . . . 100-102
— Tusingiani fr. prov. Romanae prov. . . . 105
Ianuensis archiep. . 102
Ieronimus (s.) . . 8
Ilarius (s.) 8
Innocentius III. papa 2, 3, 6
— IV. » 91, 94, 96, 97
Ioachim abbas . . . 9
Iob 81
Iohanna mater s. Dominici 1
Iohannes Bapt. 7, 102, 108
— Evang. . . . 4, 7
— 7
— abbas 25, 33, 56 sq. 60, 66, 80, 82
— fr. . 6, 13, 14, 20
— de Galabria fr. 15
— de Moro fr. prov. Lombardiae 97
— de Vercellis fr. mag. ord. . 98-102
— legatus . . . 91
— Taurus (Taurinensis) fr. prov. Lombardiae 99 sq.
— Sartor fr. prior Mediol. . 102 sq.
— Theutonicus mag. ord. . 92, 93 sq. 96

Iohannes Yspanus fr. 90
Iordanis fr. mag. ord. 19, 23, 35, 36, 40, 41, 43, 50, 52-54, 59, 82, 83, 85 sqq. 90, 91, 96.
— Cumensis fr. prior Mediol. 94, 95
Ioseph abbas . 55, 61, 69
Iperichius abbas . . 56
Isaac 68
— abbas . 24, 66 sq. 85
Isidorus 64
— abbas . . . 60
— Ispalensis . . 8, 9
Iudas. 84
Iulianus Reginus fr. prior Mediol. . . 104
Yvo fr. prov. Terrae Sanctae 77

L.

Lambertus Bononiensis fr. prior Mediol. 95, 96, 98
Lanfrancus de Brena fr. 102
— Caginarcha fr. prior Mediol. 109
Laurentius fr. . . 6, 13
Lombarda quaedam mulier 52
Lombardi 38
Lombardiae provinciae provinciales vide ind. I.
Lombardus quidam fr. 46
Lucas (s.) . . . 18, 36
Lucia (s.) 39
Lugdunensis archiep. 101
Lyegardis monialis . 91

M.

Macharius abbas 34, 55, 64, 70, 71, 84
— — maior 31
Magdalena (s.) . . . 68
Magnus (s.) 94
Manes fr. s. Dominici fr. 5
Marchus Hispanus fr. 77
— Tridentinus fr. prior Mediol. 95
Marcus monachus . 56
Maria Clementis papae IV. soror . 45, 51, 94
— de Oignies . . 10
Martinus (s.) . . . 8
— fr. . . 78, 83
Mathaeus (s.) . . . 3
— fr. . . . 5, 13
Maximilla soror S. Sixti 20
Mazices . . . . , 80
Mediolanenses priores vide ind. II.
Mediolanensis clerus. 111
Michael fr. 6, 13
Monachi albi . . . 2
Moneta mag. fr. . . 19
Moniales de Cistello . 23
Moyses 8, 68
— abbas 24, 29, 32, 56, 59 sq. 64, 79
Munio mag. ord. fr. 102 sqq.
Mutius abbas . . . 33

N.

Napoleon Neapoleon 17, 19, 38, 89
Nazarius (s.) . . . 23
— ep. . . . 95
Nestor abbas . . . 65
Nicolaus (s.) . . . 8, 28
— card. tit. Tuscul. 17
— papa. . . . 102
— fr. prov. Romanae provinciae 61 sq.
— Trevesinus fr. 102-105, 107
Nimpha sor. s. Sixti monast. 18

O.

Oldurandinus notarius Bonon. . . 90
Or abbas 33
Oterius fr. 6, 13
Otto, Oto, Odo fr. 6, 13, 17, 18
— de Frixaco fr. prov. Lombardiae . . . 92 sq. 94
— de Mandello fr. 103
— de Porta Cumensi fr. prior Mediol. . . 106 sqq.

P.

Paduanus prior *vide* Amigo. 95
Paganus de Macerate fr. prior Mediol. . . 95
Palentinus ep. . . 103
Palmerius 89
Pambo abbas . 24, 56, 72
Parisiensis universitas 4, 5, 13, 41, 86, 96
Pastor abbas . . 33, 56
Paulus (s.) . . . 3, 7, 10
— Marius fr. prior Mediol . . 106, 108
— monachus . . 70
— fr. prior Mediol. 106, 109
— simplex. . . 56
— Ungarus fr. . 37
— Venetus fr. . 90
Petrus (s.) . 7, 10, 87, 96
— martyr (s.) fr. 95, 96, 186
— fr. 13
— Brixiensis. fr. prior Mediol . 98
— de Cambraco prior Mediol. 96 sq. 107
— Cimiliani (Cellani) 5
— Gonsalini (= Gonsalvi) fr. 98
— Palacha fr. prior. Mediol. . . 110
— de Tarentasia fr. 101

Phanucius abbas . . 70
Philippus fr. . . . 1
-- de Carisio vel Vercellensis fr. prov. Lombardiae. . 89, 94, 95, 96, 97, 99
Piamon abbas 24, 35, 55, 70
Pinnufius abbas 25, 65, 67, 82
Pitherius abbas . . 70

R.

Rao Romanus fr. . . 77
Ratisponensis ep. . 99
Ravennensis archiep. 89
Raymundus de Penaforti (s.) mag. ord. . . . 90, 91
— Romani fr. prior Paris. . 105
Raynerius Placentinus fr. inquisitor . . 98
Reginaldus Arelianensis fr. 14, 17, 19, 26, 74, 85
Rex Francorum . 5, 6, 108
Ricardus Angl. fr. 39, 97
Robertus fr. . . . 74
— Bononiensis fr. 105
Rodolfus fr. (quondam s. Nicolai Bon. capellanus). 19, 37, 38, 88, 98
— Faventinus fr. 90
Rogerius fr. prior Mediol. . . . 94
— de Macerate fr. prior Mediol. . 83
— Penensis fr. . 90
Rolandus Cremonensis fr. 19, 98
Romanus fr. . . . 21
— populus . . 13
Rubaldus Albiganensis fr. 23

S.

Salomon. 8
Santarenensis prior . 74
Sara abbatissa . . . 30
Serapion abbas . . 84
Serenus abbas . . 70, 81
Silvanus abbas. . 30, 56
Simon comes Montisfortis 3, 5, 6
Simpliciani (s.) abbas. 96
Sorores de s. Sixto (Romae) 20
Stephanardus fr. prior Mediol. . . . 103 sq.
Stephanus (b.) Cartuciensis prior . 10
Stephanus (b.) de Fossa longa . . . 17
— Hispanus fr. prov. Lombardiae . 2', 87, 88 sq. 90, 92
-- fr. mag. ord. 104
Syncletice abbatissa . 56
Sysois abbas . 34, 56, 64

T.

Tancredus fr. . . 6, 13, 18
-- archidiac. Bonon. 89
Tedramia sor. ord. . 18
Thebensis abbatissa quaedam 70
Theodora sor. ord. . 18
Theodorus abbas . . 84
Theonas abbas . 25, 32, 65
Theutoniae prov. vicarius quidam . . 76
Theutonici peregrini 20
Theutonicus quidam . 4
— fr. quidam 42, 43, 49
Tholosanus comes . 3
— ep. . . 3
Thomas (S.) de Aquino 87, 91, 92, 95, 100, 101, 110
- fr. 5
— fr. prior Mediol. 106
— prior (s.) Mariae de Reno : 89
Turriani. 98
Tutertinus ep. . . 98

U.

Ubertus de Narinomnibus praepositus S[i] Eustorgii Mediol. 88
Ugo de s. Charo (fr.). 87, 91, 94, 96
— de Setata . . . 88
— de Valseman mag. ord. 111
— de (s.) Victore 54, 58, 59, 64, 67, 69, 72, 79
Ugolinus Ostiensis legatus . . 17, 18, 37, 38
Umbertus fr. mag. ord. . . . 87, 96 sqq.
Usualdus (s.) . . . 76

V.

Valentinus (s.). . . 17
Ventura Veronensis fr. prov. Lombardiae . . . . 86 sqq.
Venturinus fr. . . 1
Vincentius de (s.) Michaele fr. prior Mediol. . 99 sq.
— fr. Montis pessulani conv. . 76
Viennensis delfinus . 6

W.

W[ilhelmus] fr. inquisitor Tholosanus . 93

Y, v. I.

Z.

Zacharias abbas . . 55

INDEX V.

LOCORUM.

A.

Acchon 91
Alba 109
Albigenses partes 23
Alemannia 88, 109
Alexandria 63, 70, 108
Alpes Italiae. 20
Anglia (prov. ordinis). 37, 39, 49, 75, 76, 78, 83, 97
Aregia. 3
Argentina 96, 98, 104, 107
Arinninum 103
Asta 106, 109, 110
Avenionensis conv. 78

B.

Barchinona 91, 98, 110
Basilea 94
Bizuntium 106
Bononia . 13, 16, 18, 19-23, 35-38, 52, 78, 86-89, 90-94, 96, 98-102, 108
— Campagnolla (de) ecclesia . 89
— Katherinae (s.) Monast. . . 38
— Mariae (s.) de Mascarella. 14, 16
— Mariae (s.) in Monte . . . 37
— Nicolai (s.) ecclesia . . . 90
Bononiensis conv. . . 26-28, 73, 88 sq. [cf. *Bononia*].
Bortege 85
Brabantia. 91
Brixia 96, 104, 108
Buda 96
Burdegala[ae] 101, 103, 110
— conv. 74, 93
Burgundia. 96

C et K.

Caesaraugusta 107
Caloroga 1
Carcassona 3, 6. 107
Carisia[ium] 97
Castella 2
Castilio [Cathelanum]. 20
Caturcum 109
Cherium 110
Ciprus. 6
Cistaricum 110
Cistellum. 2
Cistercium 2
Colonia (conv.) 92, 94, 105
Constantia (conv.) 75
Cremona 102
Cumae 97, 107-109
Cyprus, v. Ciprus.

D.

Divionum. 111

F.

Fanumiovis 3
Faventia.. . . . . 27, 99, 100, 104
Ferraria . . . 98, 100, 101, 103, 104
Flandria 104
Flescum 89
Floracense monast. 10
Florentia 97, 100, 102. 109
Francia 13, 23, 108-111
Fraxen 102

G.

Gathe 95
Graccia 37, 106

H.

Hermepolis 71
Hispania — Ispania — Yspania — Hyspania . . 1, 13, 18, 20. 74, 76, 82, 91, 98, 102, 106, 110
Hungaria, v. Ungarie.

I (v. Y).

Ianua (conv.). . 99, 105, 106, 108-111
Ierusalem 69, 102
Insulae (conv.) 104
Italia 18
Italiae alpes. 20

L.

Lausanna. 38
Leodiensis dioc. 10
Lombardia (prov. ord.) 20, 36, 38, 39, 46, 50, 85 sqq., 94, 97 sqq., 103, 106, 110
Londoniae 98, 108
Luca 103
Lugdunum 101, 109
— dioc. 105

M.

Magdeburgensis dioc. 92
Maguntia. 85
Mantua 100
Marsilia 52, 73, 105
Mediolanum. . . . 23, 36, 86 sqq., 96-98, 100 sqq.
— Ambrosii (s.) capella . . . 103
— Crucis (s.) scala 101
— Eustorgii (s.) ecclesia . . 88
— » » pons . . . 101
— Petri Mart. (s.) archa . . 108
— » » » capella . . 105
— Stephani (s.) capella . . . 103
Metae 95, 105, 108
Modoetia (Medetia) . . 86, 103, 104
Monspessulanus . . 6, 45, 76, 94, 99, 100, 102, 104, 108
Montargis (de) monast. 5

N.

Narbona 3, 93
Neapolis 107
Novaria 97, 107

O.

Oxoma 2
Oxonia 102

P.

Padua. 102, 103, 105, 107
Palentia 1, 2, 95
Pampollonia 108
Papia 107
Parisius . 6, 13, 14, 19, 20, 35, 36, 40, 85-88, 91-102, 105, 107, 110. 111
— Antonii (s.) monast. . . . 6
— Mariae (s.) de Campis . . 19
— Iacobi (s.) eccl. 13
Patras 33
Penafortis 91
Pergamum 14, 20, 107
Perpinianum 110
Perusium 90, 105
Pestes. 100
Phanuel 6
Pisae 10, 101
Placentia. . . 101, 106, 107, 110, 111
Polonia 75, 106
Provincia. . . 3, 77, 93, 97, 105-107
Prullianum 3

R.

Reate 90
Roma . . 2, 6, 7, 10, 13-18, 20, 21, 41, 63
— Lateranensis eccl. . . . 6
— Petri (s.) eccl. 7, 10
— Sabinae (s.) monast. 17, 18, 21, 103
— Sixti (s.) monast. . 13-15, 17, 18
Romana prov. 100, 105
Romanis (de) 96
Rotomagum 109
Rupis Amatoria. 20

S.

Sardinia 79
Satalia 91
Savilianum 109
Saxonia 85

T.

Taurinum 110
Terra Sancta 77, 91, 94
Teutonia . . . . . , 106
Thebense monast. 70
Tholosa . . 2, 5, 6, 10, 12, 13, 20, 23, 28, 93, 98, 106, 110
— Romani (S.) eccl. . . . 10
Tortona 110
Traiectum 110
Treveri 95, 99, 103

U.

Ungaria 37, 92

V.

Valdeshuse 92
Valencenae 98
Venetiae 37, 99, 101, 103, 104, 110
Vercellae 86, 108
Verona 104
Victoria 110
Vienna (Austriae) 102, 109
Vienniensis dioc. 96
Viterbium 74

Y (v, H, I).

Yporegium 109

INDEX VI.

AUCTORUM.

	N.	PAG.
Cant **2**, 1	**65**	40
2, 16, 17	**112**	75
I Cor. **5**, 5	**112**	81
» » **10**, 23	**37**	25
» » **13**, 3	**37**	24
II » **12**, 2	**22**	16
Eph. **4**, 26	**104,109**	63, 69
Gal. **1**, 12	**109**	69
» **2**, 20	**37**	25
» **6**, 1	**112**	79
Gen. **3**	**103**	59
» **12**, 1	**37**	24
Hab. **3**, 2	**109**	69
Iac. **5**, 20	**112**	79
Ier. **9**, 21	**112**	79
Ioh. **13**, 25	**109**	69
I » **1**, 8	**112**	79
» » **4**, 1	**112**	79
Luc. **10**, 19	**110**	72
Marc. **11**, 24	**107**	66
» **16**, 15	**18**	13
Matth. **5**, 3	**37**	25
» **5**, 4	**103**	60
» **5**, 7	**111**	73
» **5**, 22	**103,109**	59, 69
» **6**, 14	**103**	61
» **17**, 2	**21**	15
» **18**, 15-18	**112**	79
» **19**, 12	**104**	66
» **25**, 35 36	**111**	73
» **26**, 39	**107**	66
Mich. **7**, 5	**107**	66
Nah. **1**, 15	**52**	33
Prov. **10**, 1	**100**	54
Ps. **6**, 7	**98**	53
» **17**, 30	**101**	56
» **25**, 2	**103**	61
» **34**, 26	**112**	81
» **37**, 14-15	**48**	30
» **38**, 2	**109**	69
» **60**, 8	**47**	29
» **66**	»	91
» **69**, 2	**107**	66
» **85**, 2	**112**	76
» **115**, 14	**108**	68
» **118**, 32	**48**	30
» **120**, 1	**16**	12
» **138**, 11-13	**112**	82
Rom. **8**, 26	**108**	68
I Tim. **2**, 1	**108**	68
» » **2**, 4	**109**	69

AASS.	N.	PAG.
p. 635 n. 34	**6**	3
» 638 n. 49 sq., 58,60, 7, 15, 21, 37, 42, 48, 55	**15**	11
» 629 sqq. n. 3, 15, 4, 41, 47, 23, 6, 21, 48, 56, 60	»	»
» 632 n. 21, 31, 32, 45, 4,6,14,28,32,37,56,61	»	»
» 634 » 29 sq.	**37**	23
» 636 » 40	»	»
» 734 » 30	»	»
» 634 » 30	**43**	27
» 492 » 702	»	»
» 638 » 49	**44**	27, 28
» 640 » 60	**48**	29
» 632 » 18	**49**	31
» 636 » 40	**57**	35
» 633 » 23	**59**	36
» 632 » 17	**62**	38, 89
» 930 » 7 12	»	»
» 638 » 52	**63**	39
» 530 » 895		89

ALKM. = *Constitutiones*

1*XV	**38**	25
2 I, X, XIII	**39**	26
1 XVIII	**40**	»
2 XIII	**42**	27
2 I	**45**	28
2 XIV	**48**	29
1 XVI	**48**	29
1 III, VIII, XVII	**50**	31
1 VI, XVI	**51**	32
1 XVI	**76**	44
1 XIII, XVIII	**100**	55
1 II	**102**	59
1 XIV	**103**	62
2 XIV	**113**	83

CSEL.

XIII, I, 6	**37**	24
» III, 7, 18	»	»
» IV, 21	»	»
» VIII, 6	»	»
» XVIII, 7	»	»
XIII, XXI, 5	»	25
» XXIV, 12, 13	»	»

(*) Primus numerus distinctionem, secundus capitulum indicat constitutionum.

CSEL.	N	PAG.
XVII, lib. IV	**37**	25
C. XXXIII, p. 72	"	"
XIII, II, c. XIX	**52**	32
" XII, 15	"	"
" XXI, 23	"	33
" XIII, c. VII, p. 513	**57**	35
" XVI, 5	**101**	55
" XVII, 26	"	"
" XVIII, 3	"	"
" I, 7	**103**	59
" XII, 6	"	60
" XVIIII, 14	"	61
" XVI, 6	"	"
" I, 5	**106**	65
" I, 13, 14	"	"
" XIIII, 11	"	"
" XXIII, 5, 13	"	"
XVII, l. IV, c. 35	"	66
" " 2-5	"	"
XIII, VIIII, 26-27	"	"
" XXXI sq.	"	"
" XXXV	"	"
" XIX, 5	"	"
" IX, 26	**107**	67
" X, 10	"	"
" IX, 3	**108**	"
" XX, 5		"
" IX, 9		68
" XVI, 26	**109**	69
" XVI, 6	"	"
" XVIII, 13 sq.	"	70
" VII, 27	"	"
" I, 20, 21	**112**	80
" II, 2	"	"
" IV, 15	"	81
" VII, 15, 29	"	"
" XII, 7, 8	"	82
" XIX, 16	"	"
" XX, 9	"	"

ERA.		
p. 920	**100**	54
" 919	**101**	58
" 913	**103**	59
" 914 sq.	"	61
" 916	**104**	63
" 892	**106**	64
" 891 sq.	**108**	67
" 922	**109**	69
" 894	**111**	73
" 898 sqq.	**112**	79
" 903 sqq.	**114**	85

MOPH.		
321	**5**	3
II, **10**	**8**	4
323	**10**	5
II, **7**,	"	6
322	"	6
IV, **1**	**11**	7
I, **2** § V	**13**	10
I, **2** § III, IV	"	"
I, **2** § I, II	"	"

MOPH.	N.	PAG.
I, **1** § II, III	**13**	10
324 ad. 1216	**14**	"
III, **24**	**15**	"
IV, **14** § XII	**16**	12
324 ad 1219	**18**	13
II, **14**	**21**	15
I, **6** § 8	**22**	16
I, **6** § 7	"	"
II, **14**	"	"
III, **24**	"	"
I, **5**	**23**	17
324 ad. 1218	**26**	18
I, **4, 5**	"	19
IV, **7** § II	"	"
326	"	"
IV, **14** § V	"	"
V, **2** § I	"	"
II, **5**	**27**	20
II, **10**	"	"
II, **12**	"	"
II, **8**	"	"
I, **6** § VI	**28**	21
I, **6** § VII	**29**	"
I, **5** § X	**30**	"
IV, **16** § III	**32**	22
II, **16**	**33**	"
II, **17**	**34**	"
325 ad 1220	**37**	23
IV, **2** § I	**40**	26
IV, **16** § I	**42**	27
IV, **1** § III	"	"
V, **9** § VI	"	"
IV, **13** § VIII	**44**	28
V, **5** § VIII	**45**	"
IV, **1**	**48**	29
IV, **24** § XII	"	"
IV, **18** § I	**50**	32
V, **5** § XIV	**51**	"
IV, **1**	**56**	35
IV, **24** § III	"	"
III, **30**	"	"
IV § III	**57**	"
II, **15**	**59**	36
325 ad. 1221	**60**	"
IV, **15** § I	"	37
II, **29**	**61**	38
II, **21**	"	"
326 ad. 1221	**63**	39
IV, **6** § III	**64**	"
IV, **6** § I, II	"	"
III, **26**	**66**	"
III, **35**	"	"
IV, **11** § III	**67**	"
IV, **20** § IV	"	41
I, **6** § VIII	**69**	"
118 not. 12	**70**	"
III, **23**	"	42
IV, **5** § II	**71**	"
IV, **1**	**72**	43
IV, **23** § II	**74**	"
IV, **5** § I	**75**	"
IV, **24** § IX	"	44
I, **7** § IV	**77**	46
IV, **1**	**80**	47

MOPH.	N.	PAG.
IV, **24** § XII	**81**	48
IV, **24** § V	"	"
IV, **24** § XII	**82**	"
IV, **17** § VII	**83**	"
IV, **1**	**84**	"
IV, **3** § II	"	"
IV, **3** § III	"	"
IV, **1**	**85**	49
IV, **1**	**87**	"
IV, **3** § XIII	"	"
IV, **8**	**88**	50
III, **42** § XIV	**89**	51
IV, **1**	**90**	"
I, **7** § IV	**94**	"
I, **7** § II	"	52
I, **7** § III	**95**	"
I, **7** § I	"	"
I, **7** § V, § VI	"	"
IV, **1**	"	"
IV, **3** § II	"	"
IV, **23** § III	96	53
IV, **24**	**97**	"
I, **7** § I	"	"
IV, **25** § XIV	"	"
V, **5** § IV	"	"
I, **7** § I	"	"
V, **6** § VI	"	"
IV, **1**	**98**	"
III, **24**	**99**	54
V, **5** § X	**100**	"
IV, **16** § II	"	55
III, **41** § III	**102**	59
IV, **22** § II	**103**	62
IV, **19** § IV	**109**	70
V, **6** § V	**112**	73
V, **7** § VI	"	"
IV, **7** § IV	"	"
V, **3** § XVII	"	74
I, **6** § XVIII	"	"
V, **3** § IX	"	"
V, **5** § VI	"	"
V, **3** § XVI	"	75
V, **3** § XIV	"	"
V, **2** § XIII	"	76
V, **5** § VII	"	"
V, **3** § III	"	"
V, **5** § II	"	77
V, **7** § IV-VII	"	"
V, **7**	"	"
V, **4** § XI	"	78
V, **5** § V	"	"
IV, **13**	"	"
V, **5** § IX	"	"
V, **6** § IV	"	"
V, **5** § VII	"	"
IV, **4** § I, II	"	82
IV, **15** § IV	**113**	83
IV, **15** § VIII	"	"
IV, **20** § III	"	"
IV, **20** § I, II	"	84
III, **42** § I	"	85
III, **42** § XXIII	"	"
III, **2**	"	"
327	"	86

MOPH.	N.	PAG.
III, **4**		86
III, **18**		"
IV, **10**		"
III, **7**		"
III, **34**		"
III, **5**		"
III, **7**		"
III, **8**		"
III, **35**		"
327		"
IV, **10** § II		87
IV, **23**		"
III, **37**		88
III, **39**		91
330		"
V, **1** bis		92
V, **25**		93
V, **1**		94
331 sq.		96
I, **6** § II		"
I, **1**		97
V, **5** § III		"
V, **9** § II		98
V, **4** § XIV		"
REG. B. AUGUSTINI		
"	**99**	54
"	**101**	58
"	**103**	59
"	"	61
"	**104**	62
"	**106**	64
"	**107**	67
"	**108**	"
"	**109**	69
"	**111**	72
"	**114**	84
THEOD.		
n. 11-13	**1**	1
" 14 20	**2**	1-2
" 21 25	**3**	2
" 27 33	**4**	2 sq.
" 49	**6**	3
" 22	**7**	"
" 46	**8**	"
" 36-37	"	3 sq.
" 150	"	4
" 40-45	"	"
" 39	"	4 sq.
" 47	"	"
" 48	**9**	5
" 53 54	"	"
" 55 57	**10**	"
" 63	"	"
" 61-66	**11**	7
" 65-67	"	"
" 70	"	"
" 372-383	**12**	7 sqq.
" 213	**15**	10
" 225	"	11
" 220-222	"	"

THEOD.	N.	PAG.
n. 73-77	**18**	13
» 78-82	**19**	»
» 102, 122	**20**	14
» 113	»	»
» 103-108	**21**	»
» 121	»	»
» 131	»	15
» 93	»	»
» 131-136	»	»
» 112 118	**22**	15 sq.
» 121	**23**	17
» 93	**24**	»
» 140	»	»
» 82-93	»	»
» 79	»	»
» 122	»	»
» 84, 95	**25**	18
» 98 101	»	»
» 139-146	»	»
» 122, 128	**26**	19
» 123	»	»
» 259	»	»
» 188	»	»
» 162	»	»
» 149	**27**	20
» 150-153	»	»
» 155-157	»	»
» 146, 147	»	21
» 174-176	**33**	22
» 173	**34**	»
» 168	**35**	23
» 186 sq.	**36**	»
» 194	**43**	27
» 192	**50**	31
» 183-185	**58**	36
» 210	**60**	36 sq.
» 205-208	»	37
» 211	»	»
» 232	**61**	38
» 215	»	39
» 249	»	»
» 246	**62**	»
» 303 sq.	»	89 sq.
VP¹		
» 583	**87**	25
» 581	»	»

VP¹	N.	PAG.
n. 516	**48**	30
» 725	»	»
» 563	»	»
» 590	»	»
» 568	»	»
» 587	»	»
» 611	»	»
» 596	»	31
» 568	»	»
» 507	»	»
» 588	»	»
» 714	**53**	33
» 356	»	»
» 755	»	»
» 125	»	»
» 570	**54**	»
» 509	»	34
» 572	**55**	»
» 589	»	»
» 506	**89**	50
» 562	**101**	55
» 563	»	56
» 602	»	»
» 562	»	»
» 618	»	»
» 730	»	»
» 617	»	57
» 620	»	»
» 619	»	58
» 620	»	»
» 599	»	59
» 597	**103**	60
» 584	»	»
» 569	»	»
» 512	»	»
» 514	»	»
» 568	»	61
» 589	»	62
» 630	**104**	»
» 629	»	63
» 512	**105**	64
» 722	»	»
VP², 299	**109**	71
VP¹, 512	**110**	»
n. 631	»	72
» 632	»	»
» 914	»	»
» 582	**114**	84
» 583	»	84, 85

CORRIGENDA.

p. 21 l. ultima *pro* MHPH MOPH. — p. 37 l. 20 dominicus *pro* dominus. — p. 84 l. 20 *adde* **114.** — p. 88 l. ultima not. 1 p. 211 *pro* 2. — p. 91 l. 11 Acchon *pro* Anchon. — p. 93 l. 20 Provincia *pro* provincia. — p. 116 n. 19-26 patratis *pro* patritis.

13,966

271.2
G14
MOPH II

Galvano, Flamma

AUTHOR

13 Fratris Galuagni de la Flamma Cron-

TITLE ica Ordinis Praedicatorum ab
anno 1170 usque ad 1333

DATE LOANED

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY